



Ayuntamiento de Madrid





RODERICI A FONSECA
 LVSITANI OLYSIPPONEN.
 Medicinam in Pisana Academia
 publice profitentis,
 IN HIPPOCRATIS LEGEM,
 commentarium,
 Quo perfecti Medici natura explica^t



AD
 ILLVSTRISS. ET REVER.
 PRINCIPEM
 Ferdinandum Mediceum S. R. E.
 Cardinalem ampliss.

SVPERIORVM PERMISSV.



ROMÆ
 EX
 TYPOGRAPHIA
 Titi & Pauli
 de Dianis fratru
 C. C. LXXXVI.





RÓDERICI A FONSECA
LVSITANI OLYSIPPONEN.
Medicinam in Pisana Academia
publice profitentis,
IN HIPPOCRATIS LEGEM,
commentarium,
Quo perfecti Medici natura explicat

AD
ILLVSTRISS. ET REVER.
PRINCIPEM
Ferdinandum Mediceum S. R. E.
Cardinalem ampliss.
SVPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ
EX
TYPOGRAPHIA
Titi & Pauli
de Dianis fratres
MDCCLXXVI.



RODER. CI. ...
 EVATA ...
 MEDICINAE ...
 IN ...
 Quidam Medicorum ...
Rog. 1758
 FER. ...
 Ferdinandus Medicus R. E.
 Cardinalis ampliss.
 SUPERIORUM PERMISSU.

ROMAE ...
 TYPOGRAPHIA ...
 Thi & Pauli
 de Diano ...
 MDCCLXXXVI



ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI

Ferdinando Mediceo S. R. E.
Cardinali amplissimo.



RODERICVS A FONSECA.



IMVLATQ. FERDINANDE
Princeps Cardinalis Illu-
stris. Francisci Medices
Magni Aetruriæ Ducis ,
fratris tui omnibus virtu-
tibus clarissimi grandi be-
neuolentia , & summa cum liberalitate in
hac Pisana Academia ad Medicamfacul-
tatem publice profitendam, sum promo-
tus. illico excitatus est animus, aliquid in

* 2 publi-

publicum ædendi, vt si nihil aliud, saltem
testimonium præberem eius, quam suscepe-
ram, vitæ rationem minime otiosam, atq;
vacantem. Occurrit inter cætera lex Hip-
pocratis Medicis præscripta; breuis illa
quidem, & verborum serie compendiõsa;
sed multa, magnaque, & scitu dignissima
amplectens (continet enim quæcunque ad
veram Medicinæ cognitionem desiderari
possunt.) Hinc nacta occasione eam ipsam
legem commentario illustratam, vt tuis au-
spicijs in publicum iret, curavi PRINCEPS
optime sæculi nostri decus, & ornamentum,
quo tuo fauore, & gratia commendata ad
artis nostræ studiosos perueniret. nullus
enim est inter Heroas ac Principes præclaris-
simis alioqui dotibus insignitus, cui tu vel
anteferendus non sis, aut quo cum de vir-
tutum numero contendere non possis.
Admirantur namque omnes istam tuam sa-
pientiam celeberrimæ familiæ tuæ, magni-
que Patris hereditariam, quæ ita lucet in
benigno isto tuo vultu, vt nemo sit, qui te
diuinitatis cuiusdam participem non iudicet.

Ad-

Admirantur recondita illa animi tui excelsi, & fortissimi consilia, quibus ita omnia gubernas, & componis, vt cælesti quodam numine afflatus operari videaris.

Admirantur liberalitatem, pietatem, mansuetudinem, benignitatem, summam gratitudinem, & affabilitatem, quibus cæteras omnes virtutes ita coniungis, vt omnium oculos ad te conuertas, cunctorumque animos tibi concilies, quo te vnum solum colant, ament, sequantur, & venerentur. Quare fit, vt vnus sis, quem veluti exemplar, regulam, ac normam, habeant, qui inter Principes virtute, potentia, & opibus insigniores habentur, quoniam igitur titulo prodire poterat commentarium hoc gloriosius? sub cuius auspicio fortunatius? aut cui meæ magis deberentur vigiliæ? cuiuè alteri meum insudabit libentius ingenium? sic fortissime in impios armabitur, & recipietur à probis gratius. his accedit Antonij de Fonseca Patruï memoria tibi carissimi, quem tu (tua quæ est humanitas, singularisque clementia)

tia) tuó fauore , & summa dignitate protegis . qui tibi soli viuere fatetur , teque patronum fautorem , protectorem proficitur . nunquam non prædicans Illustrissimi FERDINANDI Medicei Cardinalis animum , vere hæroum , vere magnum , vere regium , humanitate , officioque , & liberalitate insignem , ac totius orbis imperio dignissimum . Suscipe igitur læto animo (Princeps optime) hanc qualemcumque meam primam fæturam ; veluti in testimonium obseruantia , & amoris , quo te prosequitur vniuersa Foscorum familia . Spero enim fore ; vt hæc (licet per se exigua) tuo tamen celebri ; & immortalis nomine vallata ; & munita , multum dignitatis ; & splendoris sint adeptura . Vale diu felix .

1910

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930

1931

1932

1933

1934

1935

1936

1937

1938

1939

1940

1941

1942

1943

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

1960

1961

1962

1963

1964

1965

1966

1967

1968

1969

1970

1971

1972

1973

1974

1975

1976

1977

1978

1979

1980

1981

1982

1983

1984

1985

1986

1987

1988

1989

1990

1991

1992

1993

1994

1995

1996

1997

1998

1999

2000

2001

2002

2003

2004

2005

2006

2007

2008

2009

2010

2011

2012

2013

2014

2015

2016

2017

2018

2019

2020

2021

2022

2023

2024

2025

2026

2027

2028

2029

2030

1910

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930

1931

1932

1933

1934

1935

1936

1937

1938

1939

1940

1941

1942

1943

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

1960

1961

1962

1963

1964

1965

1966

1967

1968

1969

1970

1971

1972

1973

1974

1975

1976

1977

1978

1979

1980

1981

1982

1983

1984

1985

1986

1987

1988

1989

1990

1991

1992

1993

1994

1995

1996

1997

1998

1999

2000

2001

2002

2003

2004

2005

2006

2007

2008

2009

2010

2011

2012

2013

2014

2015

2016

2017

2018

2019

2020

2021

2022

2023

2024

2025

2026

2027

2028

2029

2030

1910

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

1926

1927

1928

1929

1930

1931

1932

1933

1934

1935

1936

1937

1938

1939

1940

1941

1942

1943

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

1960

1961

1962

1963

1964

1965

1966

1967

1968

1969

1970

1971

1972

1973

1974

1975

1976

1977

1978

1979

1980

1981

1982

1983

1984

1985

1986

1987

1988

1989

1990

1991

1992

1993

1994

1995

1996

1997

1998

1999

2000

2001

2002

2003

2004

2005

2006

2007

2008

2009

2010

2011

2012

2013

2014

2015

2016

2017

2018

2019

2020

2021

2022

2023

2024

2025

2026

2027

2028

2029

2030

1 itinis all'atibnoes' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'
r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur' r'ur'



R O D E R I C I A
F O N S E C A

I N H I P P O C R A T I S L E G E M
C O M M E N T A R I U M



VICINQUE munus aliquod
suscepit obeūdum, duo ma-
xime in mentē habeat oportet : alterum scilicet , quo
consideret quid sibi est faciēdum, alterum vero, ut
rationem perpēdat , qua illud efficere valeat .
Cum igitur munus nostrū in presenti sit Hip-
pocratis legem exponere , ideo dicendum est
qua , & quot illa sint , qua explicanda propo-
nuntur , ac insuper ratio indicanda , qua sin-
gula exponenda sunt . Numerus explicando-
rum à fine nobis proposito elicietur , quem in
memoriam reuocare propterea est opere pra-
tium ,

Lib. 1. ar.
Medicæ.

tium, nam à fine, ut docet Galenus omnes artes, ac scientiæ constituuntur, & omnia certo quoddam numero comprehenduntur. Explanare igitur est in animo Hippocraticam legem, in qua conditiones omnes ponuntur, quæ ad veram medicinam assequendam sunt necessarie. Quare docere oportet omnia illa, quæ ad illius perfectam notitiam desiderantur: Hæc vero in duplici sunt differentia quædam enim ad universam medicinæ naturam spectant, quedam vero ad hanc nobis propositam tractationem, atque hæc rursus bifariam secare oportet alia namque toti tractationi communia, quæ Prolegomena græcis, latinis vero prædicenda dicuntur, continet, alia vero in singulis huius tractationis partibus exponendis consistit. Ex fine igitur nobis proposito, iam certus docendorum numerus conflatur, agendum enim est illi qui legem medicam sibi exponendam proponit de illis, quæ toti medicinæ sunt communia, & de illis, quæ huic legi conveniunt, seu communia, seu peculiaris sint, ac postremo ratio explicanda, qua singula tractari possint, quibus explicatis nil amplius ad hanc rem absolvendam relinquitur. Cum igitur de ijs dicendum sit, sequitur

quitur, ut indicemus, à quo sit auspicandum, & in quo sit desinendum, ut ordine, & non temere procedamus: nam ubi ordo adest, omnia inter se arte certa coherent, ac priora sequentibus lucem afferunt, ubi vero sine ordine loquimur, omnia obscuriora redduntur, confundunturque: dicit quidem de eisdem rebus artis ignarus, & doctus, sed cum ignoret ille quid primum, quid deinceps poni debeat, corrupto ordine inscitiam suam prodet, hic vero servata rerum serie, & omnibus suis locis positis quam habet ex arte facultatem, omnibus admirabilem reddet. Cum igitur dicendum sit quid ex propositis primo loco poni debeat, iam id explicare aggredior. Postulat autem docendi ratio, ut ab uniuersalioribus ad minus uniuersalia pergamus: Quare primo loco collocare oportet, quæ ad uniuersam medicinam, secundo vero loco, quæ ad hanc tractationem nobis susceptam attinent, sunt tamen uniuersalia: tertio quæ ad particularem singulorum tractationem referuntur, sed quoniam in textu Hippocrates medicinæ meminit illam artem præclarissimam prædicans, ideo hæc, quæ alioquin prima pars esse deberet ad eum locum

Aristo. 1.
physicor.

A 2 rele-

relegamus, secundam aggredientes, qua huius operi communia continet, & ultimo loco singulas Hippocratis sententias explicabimus, verum cum nullum ex predictis recte doceri, vel explicari possit, nisi rationem quãdam habeamus, qua id commode præstari possimus, ut à principio dictum est de hac vel in primis nobis dicendum.

Ceterum docendi ratio multiplex esse solet, aliqui enim probabiliter de qualibet re disputant, non quod verum, sed probabile potius sit curantes, alij omnia in questionem vertunt logicas nihil ad rem attinentes, alij authoritatibus docent, alij velut Historici rem sine ulla ratione simpliciter narrant, alij denique methodo res exponunt, quam docendi rationem cæteris reprobatis sequi oportet eum, qui in aliqua facultate excedere vult: nam qui methodo docet, non amplius infinitis eget, sibi omnia inuenire valens: est autem hæc methodus, via, ars, ratioque agendi quidpiam. ex cuius quidem nominis ethymologia plures methodi definitiones elicere possumus, prout diuersa sunt illa, quæ quispiam sibi proponit agenda: qui enim inuentionem querit, methodum dicet esse viam,

Gal. lib de
conf. lit. ar.
Medicæ.

Gal. in tra-
sibulo.

viam, ac rationem recte inueniendi, qui ad-
discit addiscendi, qui vero docet docēdi, de qua
maxime nunc intendimus loqui: qui autē per
hanc methodum res explicare auet, rationem,
et artem quandam habeat oportet, qua id
recte efficere possit, quam sane habebit ille. qui
ita cū ratione res disponit, et uno posito prin-
cipio, et qua deinceps sequuntur exponendo
usque ad ultimum perueniat, quod utique fa-
ciet, si primo quid quo nomine, quo usus est
significetur, explicet, postea vero definiat, de-
inde diuidat, postremo uniuscuiusque partis,
proprietates explicet: Methodo igitur docet
qui nomina primū obscuriora explicat. dein-
de definitione circūscribit, postea diuidit us-
que ad infimas species, postremo cuiusque par-
tis proprietates explicat: quæ methodi ratio
particularis dicitur: quia nunc vel illi rei pe-
culiariter inseruit: se est et alia methodus
uniuersalis quam doctrinam ordini inheren-
tem appellat Gal qua uniuersalē respicit tra-
ctationē aliquam. quā utrauis methodum pro-
virili seruatur bona frōte rem aggrediamur.
Prolegomena sic dicta sunt, quod ante alicui-
us tractationē exposita, doctrinā postea lucu-
len-

Gal. 1. me-
thodi.

lentiores reddant, hac enim certo numero cōprehendi non possunt, sunt enim aliquādo plura, aliquando pauciora pro diuersitate rerum explicandarum: placet autem illa hic solum apponere, quæ ad institutum nostrum sunt acomodata: ea vero octo sunt, libri scilicet author, inscriptio, subiectum, intentio, utilitas, ordo, diuisio, & procedendi modus.

Et quod ad Authorem attinet, controuersum non est eum fuisse, magnum Hippocratem
Autor. *Coum, quod ex sententiarum grauitate, breuitate, & loquendi modo facile comprehendi potest, quinimo eorum quæ hic dicuntur pluries passim in alijs eius operibus mentionem facit, ut postea patebit. Quis vero hic Hippocrates fuerit, quantumque doctrina, & ipso medendi usu valuerit, tum ex Sorano, qui illius vitam narrauit, tum ex monumentis, quæ scripta reliquit, facile est videre, in quibus sane non iam Hippocrates, sed natura ipsa loqui videtur: ac ut cetera taceã, quid præclarior scribi, aut excogitari poterat, quam Aphorismorum diuinum illud opus ac prognosticum? in quibus non humano ingenio cogitationes sed penè cœlesti, oracula inuenta ad mortalium*
salu-

*salutem sunt reposita. Quare eo ipso homine ,
 vix statuo aliquid fieri potuisse diuinius , ut si
 qualibet alia scripta cuiuscūque quantumuis
 docti cum ijs , quæ ab Hippocrate sunt conscri-
 pta , comparare velles , eam proportionem ad
 illa sint habitura , quæ pueri ad virum esse so-
 let : quo factum est , ut illum Gal. optimum di-
 sciplinarum patrem , fautorem , & inuentorē
 predicauerit , eumque Aesculapij gloria di-
 gnissimū iudicauerit , atque ante ipsum Pla- ^{In Phœ-}
 to in indaganda rei natura veluti præceptorē ^{dro.}
 sibi comparauerit , methodumque pro anime
 essentia cognoscenda , ab ipso sibi usurpauerit.
 Cuius etiam Hippocratis Celsus Romanus cū ^{In probe-}
 magna laude meminit , dum ait : Hippocrates ^{mio.}
 „ Cui primus quidem ex omnibus memoriæ di-
 „ gnis ab studio sapientiæ medicinam separauit ,
 „ vir , arte , & facundia insignis . Cum igitur
 tanti viri opus explicandum proposuerimus ,
 dignum certe est , qui omnes medicine studio-
 si eum non modo legere , sed ediscere debeant .
 verisimile est enim multa profecto illa quidem
 magna & scitu dignissima in hac tractatione
 contineri , eoque præstantiora , quo in fronte
 omnium suorum operum eam collocauerit , ac
 veluti*

veluti legem medicis præscripserit.

Inscriptio Caterum, ut ad inscriptionem veniamus, inscriptionis, nil aliud est, quam nominis impositio, qua aliqua tractatio, seu volumen circumperibet. cumscribitur, & quamvis nomina secundum placita rebus imponantur, non tamen propterea id ita libere faciendum est, quin à rebus proprietas capiatur, cuius rei author est Hippocrates: arbitror sane ego (inquit) etiam nomina artibus ex speciebus imponi, nomina enim lege quoddam naturæ indita sunt, quare & ipsa inscriptio nomina postulabit, quæ ad rem describendam referantur, & cum varia possit esse talis relatio, varij propterea scribendi modi reperiuntur, aliquando enim libri ab ordine inscribuntur, quales Metaphysicorum sunt, eo quod post naturales legi debeant, rursus & ab inscribendi modo nomina quoque imponi solent, ob quam rationem physici sunt inscripti auditorij. propterea quod in illis ea continerentur, quæ attentionem, ut intelligantur requirant, quæ etiam ratione libros Aphorismorum conscripsit Hippocrates, quod scribendi modus esset multa paucis verbis comprehendere: sunt etiam inscriptiones à loco, ut
Me-

Metheora quod eo disputentur quae in sublimi sunt, denique à rebus, quae pertractantur, nomina doctrinis imponuntur, quae maxime omnium propria & communissima est. Inscriptio, per quam Hippocrates omnes suos penè libros conscripsit, in quorum numero hic est, qui idcirco de lege inscribitur, eo quod de medica lege in eo habeatur sermo.

Ex inscriptione igitur patet quod nam sit illud in hac tractatione propositum subiectum contemplandum, eritque illud lex medica, cuius omnes partes, & proprietates exponuntur. Postulabat autè à nobis docendi ratio, ut quid subiecti nomen significaret & quotuplex illud esset exponeremus, sed hanc rem ad eum locum ordo differimus, in quo de totius medicinae subiecto est agendum.

Intentio seu scopus, aut finis quæ sibi proponit in hac tractatione Hippocrates, est legem medicam explicare, & per consequens omnes illas cõditiones sine quibus nullus ad medicinam ingressus esse potest: estque id officium Hippocratis peculiare: nam sicuti leges prescribere maximorum est hominum, cuiusmodi sunt Pontifices, Imperatores, ac Reges, sic medicam le-

In Gorgia.

B gem

sterius collocari debeat: alter essentialis quod aliquid primum, vel secundum ponitur, idque recta prioritatis obseruata ratione, qui essentialis ordo bifariã adhuc seccatur, alter. n. dicitur ordo nature, quẽ scilicet natura semper obseruat, estque ille à causis ad effectus, & à principijs ad principiata, seu simplicibus ad cõposita: alter vero est ordo doctrine, qui in eo consistere videtur, ut ab eo auspiciandum sit, quod prius in cognitionem venit, propterea scientiã modo nature ordinem obseruant, modo oppositavatione procedunt. Cogimur. n. aliquando ordinem nature inuertere ob intellectus nostri imbecillitatem, qui cum non possit ea, quã suapte natura sunt nota, intelligere, sensitiuã sequens cognitionem, à sensibus exorditur. Ceterũ hac tractatio tum ordine doctrine tum etiã nature sibi primum locum vendicat inter cetera medicine volumina: nam quã hic continentur, veluti causa sunt, sine quibus medicina comparari nequit, quã itidem hic considerantur, statim in mentem medici veniunt, faciliemque ad medicinam aditum parant. ordo aut rerum quã hic tractantur, nature est, cum primo loco illa explicentur, quã suapte natura

talem

talem obtinent gradum. Ad diuisionem ac- Diuisio.
cedentes quid sit diuisio, et quotuplex prius ex-
plicabimus. est igitur diuisio, ratio, qua totum
aliquod in suas partes distribuitur, quæ multi-
pliciter fieri solet: aut enim est alicuius nomi-
nis in sua significata, aut alicuius totius in par-
tes, aut communis in minus cōmunia, aut sub-
iecti in accidentia vel è contra. hic vero eā in-
tendimus, quæ alicuius totius est in suas par-
tes: Tota igitur hæc tractatio in tres partes se-
catur, in quarum prima medicorum ignoran-
tiam accusat, in secūda omnes ponit conditio-
nes quibus medicus insigniri debet ad veram
medicinam assequendam, in tertia earum ex-
plicationem adhibet. Procedendi modus à fi- Modus
procedēdi
ne, ac resolutius esse videtur adhūc modum,
medicina omnium artium est præclarissima,
ergo inter ceteras artes est addiscenda præci-
pue, (facit enim medicos præclaros & immor-
tales). sed eam assequi nemo potest nisi quibus-
dam conditionibus sit præmunitus, ergo illas in
primis explicare oportet, atque hæc satis sint
dicta ut legentis animus ad futuram doctrinā
disponeretur, iam igitur tractationem aggre-
diamur.

Tex.

Text. Medicina omnium artium preclarissima est
 et in medicina omnium artium nobilissima

Proponit Hippocrates statim medicinã artem esse omnium aliarum artium nobilissimam, quo magis accendat homines ad illam perdiscendam, quare nostri instituti est rationem adducere, qua hanc medicina nobilitatẽ cõmode explicemus, id vero nec melius nec exquisitus fieri potest, quam per ipsius medicine essentiam, ideo illius naturam prius indagare oportet, quo id quod intendimus facile assequi valeamus, atque hoc illud erat quod à principio secundo loco examinandũ proposuimus. perfectam igitur medicinã cognitionẽ querentes, omnia de illa inuestigabimus, quæ de unaquaque re queri solent, comprehenduntur autẽ illa numero quaternario, ut scripsit Arist. vel. n. querimus de re ipsa an sit, vel quid sit, aut propter quid, aut denique ipsum quia est, quibus nõ exacte cognitis medicina non potest haberi perfecta cognitio, quẽ admodum illis absolute explicatis recte cognoscetur. Nam quæ queruntur numero sunt aqualia his, quacunque scimus. sed quoniam ordinẽ seruare promisimus ideo iudicãdum est quid primo loco poni debeat, & quid

a. post. c. 1.

Arist. ibid.

quid deinceps sequatur. Quod igitur primū se nobis quarentibus offert, ac venit in mentem, est utrum medicina sit, qua reperta, quid sit, ad cuius sane quid est cognitionem, tum ipsum propter quid, tū ipsum quia est, manifesta fiet: Ibid. Ari-
Stoteles. nam idem est, quid est & propter quid, & quicunque habet ipsum propter quid, omnium accidentium rationē reddere potest in quibus ipsum quia est consistit: Quæremus igitur utrum medicina sit, non quod nos lateat principia nulla probatione indigere, cuiusmodi est medicina medico, sed quoniam ad id nos compellit nonnullorum opinio, qui medicam artem vanam prorsus esse, ac fortuito operantem persuadere nixi sunt, ideo eam esse demonstrabo, quod fecisse Hippocratē nemini dubium est. Lib. de ar-
te. Jam igitur rem aggrediamur illud in primis prenotantes, quod omnis questio duas partes ex necessitate sortitur, alteram quidem, quam supponere, alterā vero quam querere oportet. Cum igitur queramus an medicina sit, indicare oportet quid sit supponendum, hoc autem erit, quid medicina nomine nobis significetur, omnis .n. questio ipsum quid nominis supponit, nec unquam tale quidpiam in controversiā vertitur:

dici-

dicimus igitur, medicina nomen significare facultatem quãdam, qua morbis medetur à medendo: n. medicina dicta est, & medicus sic appellatus est, quod morbis medeatur, nec inconuenit si alia reperiatur medicina pars, qua in sanitate seruanda uersetur: Nam nomen illi inditum est à nobiliori, ac præstãtiori parte, qua significatione Hippocrates medicinã accepit, dum ait medicinam esse morbos ab ægris in totũ tollere, & morborũ impetus uehementes obtundere, eorum uero qui à morbis uicti sunt curationem non aggredi, licet autem medicina ab ea parte qua morbis medetur sit nũcupata, sub ea tamen comprehenditur & illa pars qua sanitatem tuetur, & proinde salubris appellata. hanc igitur nominis significationem assumentes, quam & qui medici sunt, & qui medicina sunt ignari concedunt iam ipsam esse demonstramus. medicina morbos tollit ac sanitatem restituit, ergo medicina est, antecedens ex ipsius nominis etimologia desumitur, consequens est uerum: nam si aliquid efficit ergo est, omnis. n. effectus ad suam causam reducitur, omne. n. quod fit, propter quid fieri comperitur, spontaneum. n. nullam sub-

stan-

lib. de arte.

lib. de arte.

tiam habet, sed nudum tantum nomen: *Quod si adeo fuerit pertinax aduersarius, ut sanitatem quidem agris aduenire affirmet, non tamen id a medicina prouenire, ac falsam esse illam, quam attribuimus significatione, nos id ipsum ita probare aggredimur. Quicumque sanatur ob rectum usum eorum quibus sanitas comparatur fit sanus: sed medicina rectum usum eorum docet, ergo medicina est causa sanitatis: maior ex se est manifesta, minor probatur:* Hipp. lib. de arte.

„ nam qui ex morbo conualescit, vel inedia, vel
 „ edacitate, aut uberiori potu, aut siti, aut bal- ibidem:

„ neis, aut illuue, aut laboribus, aut quiete, aut
 „ somnijs, aut uigilia, aut his omnibus simul vel
 „ separatim, aut ob aliam quamlibet causam com-
 „ ualescit: nec sanari potuit his quomodocunque
 „ adhibitis: sed recta ratione comparatis: at me-
 „ dicina rectum horum omnium usum docet:

„ nec enim illud nobis negotium facessere potest
 „ quod multi sine medico sanitati fuerint resti-
 „ tuti, propterea negandum medicinam esse cau-
 „ sam sanitatis: nam ut docet hippocrates, id si li. de arte.

„ quandoque contingat, ita fit ut qui medicis usi
 „ non sunt in medicinam incidant, non tamen ut
 „ sciant quod in ipsa rectum fuerit, & non rectum

C alio-

alioqui cōtigisset, ut seipſos eodem panitus mo-
 do curassent, quō curati fuissent si medicos ad-
 hibuissent, & hoc tandem magnum signum est
 essentia ipsius artis, nempe artem esse & qui-
 dem magnam, quando sanè etiam hi, qui eam
 esse non putant per ipsam seruati apparent: est
 igitur medicina, qua posita iam quid sit inda-
 gare oportet: medicinam diximus esse faculta-
 tem quandam, propterea videndum est, quid
 facultas sit, & quotuplex, & qualis denique fa-
 cultas medicina sit. Est igitur facultas princi-
 piū quoddam operandi, quod duplex principū
 esse potest, alterū .s. ad simpliciter operādum:
 alterum vero ad benè operandum, quod exem-
 plo ita explicari potest: dicimus rusticum prin-
 cipium habere, ut benè, ac malè cognoscat, &
 operetur, at doctus & artifex aliud habet prin-
 cipium, ut benè, ac perfectè cognoscat, & ope-
 reiur: primum illud principium dicitur poten-
 tia naturalis, posterius vero habitus: cum igi-
 tur dicimus medicinā facultatem esse, non eā
 quæ potentiā naturalis intelligere oportet, sed
 quæ habitus dicitur: nam rusticus facultatem
 habet ad medendum simpliciter, & benè, &
 malè: sed medicus habitum habet, ut benè
 medea-

Aristo. in
 prædica.
 capit. de
 qualitate.

medeatur : propterea per primam illam potentiam naturalem non dicitur artifex, sed per habitum : Medicina igitur est habitus : dicitur habitus qualitas difficile mobilis à subiecto : qui habitus in duplici est differentia, quidam enim ad animam pertinet, qui ab anima originem, vel in anima sedem habet, propterea habitus anima dicitur : alius verò quod præcipuè sit in corpore vel ad aliquam operationem corpoream dirigatur, corporeus habitus nuncupatur : Medicinam autem cum habitum esse dicimus, non corporis : sed anima intelligere oportet : ipsa enim ex cognitione operatur, quare in anima sedem habet : sed ulterius progrediendum est : Habitus anima numero quinario comprehenduntur sapientia, scilicet, in intellectu, scientia, prudentia, & arte : quare videndum est quis natura ex his habitibus sit medicina : ac ut in hac re Hippocratem consulamus, ille in hac tractatione, illam modo artem, modo scientiam appellat, & primo eam artem vocat, dum ait Medicinam omnium artium præclarissimam esse, scientiam verò cum dicit quisquis. n. medicina scientiam sibi rectè comparare volet, &c. Quare & nos utroque nomine medi-

Aristot. 6.
Ethic.

cinam comprehendemus, cum distinctione ta-
men, ut quando scientia dicitur cōmuniter, cū
vero ars propriè intelligatur est enim ars ha-
bitus reā ratione operans, talis autem est me-
 li. de artc. *dicina ut docet Hippocrates per hæc verba, »*
qua enim profuerunt in Medicina obrectum »
usum profuerunt, qua verò nocuerunt, ob id »
quod non rectè usurpata sunt, nocuerūt: atque »
ubi rectum & non rectum utrunque suum fi-
nem habet, quomodo quis hoc artem esse neget. »
Hoc enim artis experts esse dico ubi neque re-
ctum, neque non rectum aliquid existit quare »
propriè medicina ars est: cum autem tum ars,
tum scientia in aliquibus communicent, eo fit,
ut utraque facultas utroque nomine appella-
ri possit: conueniunt enim quia sicuti per scien-
tiam speculatiuam res cognoscimus, & de ip-
 Ar. 2. mc- *sis iudicamus, ita & per practicam: sed diffe-*
 taph. *rent, quoniam finis scientia veritas est, artis*
autem operatio: medicina igitur communiter
scientia est ars vero propriè, quoniam ad ope-
rationem dirigitur: at omnis operatio duplex
esse censetur, alia enim dicitur actio, alia effe-
ctio est autem actio operatio immanens, nec in
materiam exteriorē trāsīs, veluti tristari,
sen-

sentire, effectio vero operatio est in materiam
 exteriorem transiens, ut scribere, & edificare,
 cum vero medicinam dicimus propter opera-
 tionem esse, operationem intelligere oportet ef-
 fectiuam: ideo medicinam artem esse dicimus,
 non exactiarum genere, sed factiuarum: Cæ-
 terum factiuarum artium: alia quidem opus
 efficiunt, seu illud antea fuerit factum, seu nõ,
 ut edificatoria, quæ & domos nõ prius factas,
 ac funditus euersas rursus efficit, alia vero
 non opus nouum faciunt sed circa opus factum
 versantur, ut ars illa est, quæ pãnos laceratos,
 aut calceos reficit: alia denique sunt artes,
 quæ utrunque faciunt. Cum vero artem fa-
 ctiuam posuerimus medicinam, videndum est
 in quo factiuarum genere contineatur, prima
 quidem fronte rem crassa minerua consideran-
 tibus videbitur medicina ex earum genere ef-
 se quæ utrunq. præstant opus quidem de nouo
 faciunt & circa illud aliquid moliuntur, pars
 enim quæ morbos curat sanitatẽ quæ prius non
 aderat de nouo facere videtur, illa autem quæ
 sanitatem tuetur circa factum opus nempe sa-
 nitatẽ operari apparet, sed si eam exactius in-
 trospiciemus vniuersam medicinam in eo fa-
 ctiuarum

Etiam in genere collocabimus, quæ circa opus factum versantur, nam sanitatis conseruatio, & eius restitutio unum quoddam opus est. qualitate, quantitate verò diuersum: omnis nanque medicina vitia corporis corrigit: & hoc unum illius est opus: sed quæ parua corrigit vitia conseruatric, quæ verò magna curatrix rectè appellatur: quod apprime declarat

In Trafi-
bulo.

Galenus eorū exemplo, qui aut vestes reficiūt, aut dolia implent: Nam ei, qui vestes nimirū laceras reficit, ac dolium ferè vacuum implet curatrix ars comparatur, illi verò qui non patitur vestem multum lacerari, nec dolium inaniri conseruatric assimilatur: at utrunque idem est opus secundum tamen magis, & minus diuersum. Verum si quis etiam rem, ut oportet intelligat nulla utique ipsi videbitur medicina pars conseruare. Nam nihil aliud est conseruare, quàm nihil auferre, aut minuire, qui autem reficit, aut corrigit, aliquid ad-

Libro de
flatibus.

dit, aut demit: ideo dictum rectè est ab Hippocrate medicinam esse adiectionem, & ablationem: & profecto hæc ipsius rei veritas est: omnis enim correctio cum mutatione fiat oportet, sed tamen quia mutationes quadam adeò parua sunt

ua sunt. ut sensum effugiant, & decerni facile non potest an aliqua fiat mutatio dum sanitatem seruamus, aut corpus potius in eodem statu maneat, ideo ea medicina pars que sanitatem tuetur conseruatric dicitur, unum tamen opus, tum hec, tum illa facit: quam rem optime Hippocrates confirmat, dum mentionem facit eius diete, quam homines sibi instituerent, tum in sanitate, tum in morbis: videtur enim inquit ille mihi idem modus, & unum quoddam ac simile esse inuentum. Hic enim ea que natura humana sana superare non potuit incidentia & ingesta, propter feritatem, intemperantiamque: ille vero qualicumque tandem uniuscuiusque affectione teneatur, ut superare non posset eadem detrabere quaesuit, ac institit. Quid hoc ab illo differt praterquam quod multiplicior, & variogator, ac maioris negotij est hac species. Non igitur conseruatio differt à curatione, unumque idem est opus, humani corporis, scilicet vitia coorigere. Est igitur medicina ars factiua, non ex illarum genere, que opus nouum faciunt, sed que circa opus factum aliquid moliuntur.

Sed

De veter.
medicina

Ar. I. mc
taph.
idem de
partibus
anim.
cap. I.

Sed ulterius progrediendum est, ut et actius rem penetremus diximus etenim medicinam artem esse, eò quod eius natura ad operationem dirigitur, sed omnis operatio in materia fit ab aliquo efficiëte & propter aliquem finem, videndum igitur est, quis sit medicinae finis, quæ operatio, quæ materia, quod denique efficiens, requirit autem doctrine ratio ut à fine incipiamus: finis est cuius gratia actiones fiunt & motus, & est illud in quo motus, si nihil impediatur, terminantur. Et cuius gratia omnia fiunt, nam eo acquisito cessat artifex amplius operari, hic finis duplex esse potest, intrinsecus alter, alter vero extrinsecus, finis intrinsecus, qui & essentialis dici solet in aliqua arte ille est ad quem ars suapte natura ordinatur, & ob quem semper operatur artifex. Extrinsecus autem est ille finis, quem sibi artifex proponit ultra illum primum, nos vero medicinae finem indagantes eius intrinsecum, ac essentialem quarimus, omittentes reliquos, qui plures esse solent, pro ut mens ipsius artificis ad varia trahitur finis igitur medicinae sanitas est, quæ sanitas affectus est corporis naturalis ex quo actiones bonæ resultant, quod verotalis sit

sit medicina finis sic demonstrare licet: finis est
 ille cuius gratia actiones fiunt & motus, & in
 quo artifex quiescit si nihil impediatur: at sani-
 tas est illa cuius gratia fit omnis medici actio,
 & in qua quiescit si nihil impediatur: ergo talis
 est finis in arte medica: maior ex natura finis
 petita nulla indiget declaratione: minor proba-
 tur per ea qua docuit Hippocrates ubi docet
 omne medicina inuentum ad duo referri debe-
 re, aut ad vitam tuendam, & sanitatem con-
 seruandam, aut ad illam restituendam, licet
 autem verba hic ponere: nam primum ut sa-
 nus uiueret homo necessaria fuit medicina,
 quia non sufficit illi idem cibus & potus, qui
 boui, & equo ueluti sunt ex terra nascētia fru-
 ctus, & herbae & fœnum: quamuis ego sanè (in-
 quit) ab initio homines tali victu usus esse pu-
 tem, at cum multa & grauiora ex robusto illo ac-
 ferino victu paterentur, & doloribus uehementi-
 bus, & morbis obnoxij, & breui etiam mo-
 rerentur, propter hanc necessitatem, illi mihi
 uidentur quasiuissse victum naturæ conuenien-
 tem, & inuenisse hunc quo nunc utimur: ex
 tritico igitur macerato & à cortice expurgato
 molitoque, ac cribrato, & subactō ac assato pa-

Hippo.de
vet. med.

*nem fecerunt : ex hordeo verò maſam aliaq. „
 multa ex hoc excogitantes coxerunt, aſſarunt, „
 & miſcuerunt, fortiaq; & intemperata debi- „
 lioribus temperarunt, effingentes omnia iuxta „
 hominis naturam ac vires: qua quidem fortio „
 ra eſſent ab ipſa natura nō poſſe ſuperari ſi in- „
 geſta eſſent exiſtimantes, ab ijs quoque dolores „
 oriri iudicantes: contra ab his qua natura do „
 mare poſſet alimentum augmentum & ſani „
 tatem: quinetiam in hunc uſq; diem exercitio „
 rum reparandarum virium curam gerentes, „
 ſemper aliquid amplius adinueniunt, iuxta „
 eandem viam inueſtigantes, quod quis edens „
 ac bibens maxime ſuperet ac ſeipſo fortior eua „
 dat. Porrò inuento huic quodnam iuſtius, aut „
 magis cōueniens nomen quis impoſuerit quam „
 medicina: quandoquidem ad hominis ſanita „
 tem alimentumque ac ſalutem inuentum eſt: „
 quibus ſatis & abundè probatum eſſe arbitror „
 unam eſſe medicinae partem qua ad ſanitatē „
 tuendam omnia conſiderat: ruruſ per eundē „
 authorem probandū modo eſt: quomodo ſi qua „
 alia inuenit medicus ad ipſam ſanitatē agrotis „
 reſtituendam ſunt excogitata: ac ſane in- „
 quit Hipocrates ut mihi videtur nemo medi „
 cinam*

„ eĩnam quesuisset si idem victus & agrotis &
 „ sanis conuenisset, propterea ex ijs ipsis cibis co-
 „ piam detraxere & pro multis paucos statue-
 „ runt: cum vero ipsis aliquando hoc ad aliquos
 „ agros sufficeret, palamque fieret quod prodes-
 „ set non tamen omnibus: sed essent quidem, ita
 „ habentes: ut neque modicos cibos superare pos-
 „ sent imbecilliore sanè quopiam tales indigere
 „ illis uisi sunt, sorbitionesque inueniunt pau-
 „ ca ex fortibus multa aqua permiscentes, & ro-
 „ bur ipsum temperatur a ac coctura detrahentes.
 „ Quod si qui neque sorbitiones superare possent
 „ his detraxerunt etiam ipsas, & ad potiones
 „ peruenerunt: obseruaruntque ut & hæ tum u-
 „ su, tum copia moderate haberent: hac ille: ex
 „ quibus abundè patet omnia, qua in medicina
 „ contemplantur, aut fiunt sanitatis gratia,
 „ aut tuenda, aut seruanda fieri. Cum autem
 „ dicimus medicina finem sanitatem esse, non
 „ propterea putandum est medicum semper suum
 „ finem: nempe sanitatem assequi debere: non
 „ enim de ratione artis est ut semper finem asse-
 „ quatur, sed ut semper propter finem operetur.
 „ Quod si medicus non semper sanitatem as-
 „ sequitur id dupliciter cõtingere potest, aut pro-

D 2 pter

pter agrum, aut propter morbum: qua omnia
 sunt explicanda, & primo propter agrotum,
 quod vel ad obedientiam pertinet, vel ad pi-
 gritiam: & quod ad obedientiam attinet, in-
 temperantia aegri, etiam morbo existente sana-
 bili mortis causa esse solet: quod, ut cetera om-
 nia considerans Hippocrates eos reprehendit,
 qui ob morientium calamitatem artem vitu-
 perant: miror enim inquit, qua nam memora-
 bili ratione commoti intemperantiam quidem
 morientium causam non statuunt mortis, scie-
 tiam vero eorum qui eam exercent accusant,
 tanquam sanè medici quidem ea qua non con-
 ueniant imperare possint: aegri verò qua impe-
 rata sunt, transgredi non possint: atque longè
 magis consentaneum rationi est egros non posse
 facere qua imperantur, quam medicos non cõ-
 uenientia iubere: hac quoad inobedientiam:
 quod verò ad pigritiam attinet non mirum est
 si multi moriantur, quoniam tardè medicum
 vocent: praecipue enim morbus medicina o-
 pus, praecipue autem propter agrorum negli-
 gentiam, differunt enim & coactantur, atq.
 ubi iam à morbis ipsis apprehensi sunt tum de-
 mum curari expetunt: sed ob naturam morbi
 non

Libro de
arte.

Hipp. lib.
de arte.

„ non assequitur sanitatem medicus, vel quod
 cum sit sanabilis intelligentiam medici praoc-
 cupet antequam auxilium afferat, aut quod
 insanabilis sit: primus modus declaratur sic:
 „ medicus curare non potest nisi cognoscat mor-
 „ bum: nam si medicus sufficeret ad cognoscen-
 „ dum, sufficeret etiam ad sanandum: at est ali Libro de
 quis morbus, qui priusquam cognoscatur iam arte.
 hominem vincit: unde postea nullum remediũ
 „ admittit: sunt enim morbi in duplici differen-
 tia alij manifesti dicuntur, qui ad superficiẽ
 „ corporis vergunt, qui cum sese exhibeant tum Ibidem.
 visui, tum tactui facile cognoscuntur: alij ve-
 ro sunt occulti, qui ad interna corporis vergunt
 ex quibus cum nullus oculis videri contingat,
 ratiocinatione, ac coniectura medicus ipsum
 prosequitur, signa petens à multis. Et omnige-
 nis rebus. quamobrem mirum non est, si ager
 moriatur, quod medicus cito naturam morbi
 „ obscurissimi, Et difficillimi non cognouerit: tẽ-
 pus enim requiritur, in quo tẽpore tamen ali-
 quando ager à morbo superatur. Caterum non
 assequitur medicus sanitatẽ ob morbus sua-
 pte natura incurabilẽ: qui sunt in duplici dif-
 ferentia: quidam enim maximi sunt acutissi-
 mi, Et

*mi, & vehementes, qui que cito occidunt: in
 ijs, dum prorsus cuncti sunt aegri, medicus auxi-
 liares manus negat, ac solis prognosticis relin-
 quit: alij verò sunt qui illa vehementia non af-
 fligunt, imo longo tempore durant: sunt tamē
 sua natura incurabiles, ut est hectica, tabes,
 cancer: in ijs operatur medicus, ut vitam sal-
 tem producat, cum sanitatem acquirere non
 valeat: quæ considerans Hippocrates medici- 33
 nam in se habere ait rationes ad ferendum au 33
 xilium abundantes: sed morbis qui corrigi nõ 33
 possunt, auxiliares manus negare, aut si for- 33
 tē opem ferre molita est citra culpam id facere; 33
 non enim ab aliqua arte illa requirere oportet,
 quæ ipsa non habet: vnaqueque enim ars sua
 habet instrumēta per quæ operatur, quibus se-
 motis otiosa reeditur: sic medicina tria potissi-
 mum morbis affert auxilia: alterum quidem
 à pharmacis: alterum vero à ferro: tertium ab
 igne, unde illud, quæ medicamenta non sanāt, 33
 ferrum sanat: quæ ferrum non sanat, ignis 33
 sanat: quæ ignis non sanat, iam incurabilia 33
 prorsus existunt. Sanitas igitur medicine fi-
 nis est, nec refert si aliquando in alio quam in
 sanitate quiescat puta in vite productione:
 nam*

Libro de
arte.

Hippo. 7.
Apho. vlt.

nam quando sanitatem precipuum finem non
 assequitur, alium sibi proponit huic proximum;
 scilicet vitæ productionem: at finis est ultimum
 in quo quiescit artifex nisi quid impediatur. nec
 etiam dicendum est sanitatem finem non esse
 medicinæ quoniam ad eam sanitatem adhuc ope-
 retur artifex eam, scilicet conseruando: finem
 enim dicimus esse illud in quo artifex quiescit,
 si nihil impediatur: at parta sanitatem, multa
 sunt quæ illam corrumpere possunt: propterea
 operatur adhuc medicus aliquid parta sanita-
 te: nec etiam aliud ultra sanitatem pro fine
 medico statuere oportet: ut bonum habitum pul-
 chritudinem, aut bonam actionem: hæc enim sani-
 tatem ipsam sequuntur. Sanitas igitur erit me-
 dicinæ finis ad quem finem consequendum sem-
 per operatur medicus. est autem omnis medi-
 ca operatio numero quinario comprehensa, con-
 seruatione, præseruatione, curatione mitiga-
 tione, & restauratione: quicquid enim molit-
 ur medicus id facit vel ut tueri præsentem sa-
 nitatem, aut morbos præcauere imminentes,
 aut præsentibus mederi, vel symptomata le-
 nire, aut conualescentes restaurare arte ali-
 qua commodè possit: hæc enim sunt medici of-
 ficia,

Operatio
 medici.

ficia, qua ab ipso fine distingui debent: quam rem non aduertentes multi, vix à difficultatibus in hac re se explicare possunt.

Subiectū
medicinę

Quod autem ad medicinę subiectum attinet, videndum est prius quid & quotuplex illud sit ac indicandū de quo sit sermo futurus: est autem subiectum illud quod alteri subijcitur, quod multipliciter dicitur: ac primo illud subiectum dicitur quod vnius est propositionis pars de qua predicatum dicitur, ac enunciatum & subiectum prædicationis dicitur: secundo illud dicitur subiectū cui accidentia insunt, ut corpori albedo, quod subiectum inhesionis appellatur: tertio dicitur subiectum, quod ab aliqua scientia ad contemplandū proponitur, quod etiam demonstrationis subiectum appellari potest: quarto illud dicitur subiectum in quo ars suam molitur operationem, & vocatur subiectum in quo: quinto dicitur subiectū, materia, qua utitur artifex ad operandum quod vocatur subiectum ex quo, quæ duo vltima significata ad propositum nobis negotium faciunt. Caterum medicina dupliciter considerari potest, vno quidem modo vniuersaliter sumpta, alia vero modo minus vniuersaliter:

primo

primo modo si consideretur medicina, dicimus subiectum in quo, esse omne corpus quod sanari, vel egrotare potest: cuiusmodi sunt animalia omnia & planta quod ex ipsius sine probatur. Cum enim propter sanitatem operetur medicus, sequitur ut illud sit eius subiectum in quo sanitas induci potest, sed in omni animali & planta sanitas est & morbus. ergo tale corpus, quod sanari, vel egrotare potest subiectum medicinae esse debet: quod vero animalia, & planta sanari & egrotare possint ex eo patet, quod omnia ista viuunt, moriuntur, & quemadmodum animalia suam sanitatem & morbos, ita etiam planta id ipsum sortiuntur, aut vere, aut saltem translatione quadam. Medicina vero particularis suum habet determinatum subiectum ex illo uniuersali subiecto desumptum: veterinaria enim seu mulo medica sibi quaedam determinata animalia supponit, ut equum, vel mulum, vel asinum, aut bouem: sic ars nostra solum corpus humanum à cuius praesentia totius uniuersalis artis nomen sibi vindicauit. Medicinam .n. cum dicimus, non eam sanem, quae circa omne id versatur quod sanari vel egrotare potest intelligimus: sed solum

Aristo. in
 Rhetori.

E eam

eam quæ circa corpus humanũ quod in illo præcipue operatio medica exerceatur: Quare corpus humanũ medicina erit subiectum in quo: subiectum vero ex quo, seu materia qua operatur sunt tum elementa, tum mixta; & quicquid in hoc inferiori mundo reperitur: nã quæcunque in tota rerum facie exposita sunt, quæcunque in cauernis ac terræ visceribus latent, quicquid est aquarum stirpium animalium, terra; ignis, maria medico inserviunt.

Restat modò ut efficientem causam queramus: est autem efficiens causa id à quo incipit motus, quod dupliciter consideratur, aut ut efficiens principale aut ut instrumentum quorum utrunq; quale in medicina sit explicandũ est. inueterata fuit hominum opinio medicina primum ac principale efficiens fuisse deum eũque Appollinem, qui postea filijs ac parentibus illam communicauerit, ac deinde humana industria auctam: ratio verò cur artem medicã ad Deos retulerint in eo cõsistit quod putarint diuinam prorsus eam facultatem esse quoniã effectum haberet plane diuinum. Quid enim diuinius excogitari potest quam morbos ex hominum corporibus in totum euellere: ipsosq; semi-

Semimortuos in vitam reuocare: quam rem considerans Hippocrates medicum ac philosophum Deo equalem esse dixit nec multam inter illos esse differentiam: verisimile tamen est Deum Optimum Maximum artem medicam per initia: veluti et ceteras omnes Adæ communicasse, qua etiam Apostoli, ceterique viri sanctissimi uti non sunt dedignati, diuinam tamen prorsus artem fuisse, ac supra captum humani intellectus apparet, cuius forte ob hominum peccata nullum nunc est vestigium: ac veluti medicina illa alterius omnino generis fuit, ita hac qua nunc utimur hominis inuentum dici debet, et homo ipsius causa efficiens principalis: instrumenta autem fuisse experimentum et ratio: at experimento occasionem dedit necessitas: nam cum homines quotidie vulnerarentur, à serpentibus morderentur alijs uè in infinitis morbis affligerentur coacti sunt varia experiri quæ mundi ille summus Opifex ad hominum usum fecisse uidebatur, at in illis aliquos leuatos esse, aliquos uero laesos: unde experientia ortum duxit: quæ experientia duplex esse potest: alia uniuersalis, quæ propriè experientia dicitur, alia uerò particularis: uniuersalis experientia

Libro de
decem or-
natu.

Secundo
post: cap.
vlt.

*rientia obseruatio est, & memoria eorum quæ
sæpe eodem modo sunt perspectæ: particularis
verò est cum primum circa aliquod particula-
re quidpiã tentamus, quod cum memoria coin-
cidit ad uniuersalem illam efficiendam experi-
rientiam, sic apud Aristotelẽ ex pluribus me-
morijs oritur experimentum ex pluribus experi-
mentis ars resultat: ad experientiam omnia
illa reducuntur remedia, quæ aut casu, aut re-
latione, aut consulto, aut imitatione, aut Ana-
logia inuenta fuere: casu enim inuentum reme-
dium est: cum præter medici, aut ægroti opinio-
nem quidpiã contingens cõtulit, quo modo etiã
illa proficere aliquando, quæ æger, ut volûtati
obsequeretur fecit, ut si quis uehementi siti
cruciatus maximam aquæ, aut vini copiam
hauriat ut sitim leuet, quo potu grauata postea
natura, & ad expulsionem irritata morbi cau-
sam expellat, remedium hoc casu repertum es-
se dicimus. Relatione comparatur remediũ
cum vel ex scriptis, aut uia uoce cõparatur,
qua ratione factum est inquit Herodotus, ut
antiqui ægros percompita ac uicos exponerent
qui à prætereuntibus rogabant, an aliquando
illis morbis laborassent quibus ipsi affligeban-
tur,*

tur, quibusq; remedijs liberati fuissent, sic relatione remedium nacti experiebantur. Consulto experimur remedia, cū vel in somnio, aut aliunde petitum remediū est. Imitatione illa experimur remedia, qua ab animalibus sunt petita, sic clysteris vsum ab aue Nili fluminis incola acceptū esse aiunt: hæc enim colli cute tanquam clysteris utre Nili aqua impleta rostro illam sibi per anum indit, qua postea reiecta una cum excrementis à dolore, ac molestia liberatur: sed & ad vulneris ferrum extrahendum ceruus dictatum monstrauit, quo sibi ipsi vulnerato ferrum eximit: hirundo ad visionem chelidoniã, qua visum sibi restituit: ad Analogiã seu similitudinem illa spectant auxilia, qua in rei ambiguitate, ac nouitate adhibentur, sic ab auxilio ad auxilium, à morbo ad morbum à loco ad locum remedia experimur: hæc igitur omnia ad experimentū reducuntur: sed quoniã experimentum per se nudū satis non fuit ad artem constituendã, successit ratio sine qua perfecta medicina esse non potuisset: est autem ratiocinatio nil aliud quam progressus quidã anime, quò à notis ad ignota tendit: qui progressus dupliciter fieri potest,

aut

aut enim fit à sensu ad intellectum per quē pri-
 Arist. pri. *ma oritur omnis nostra cognitio (nil enim in*
 post. *intellectu esse potest quod prius non fuerit sub-*
sensu) aut ordine retrogrado comparatur, quo-
id quod sensu cognitum est, seu à sensu princi-
piū cognitionis acceperat exactius intellectu-
ali notitia cognoscatur: primus ille progressus
 In præce- *idem est cū experientia authore Hippocrate,*
 ptionib. *ratiocinatio enim inquit, memoria quadā est* „
quæ cōponit ea, quæ per sensum sunt percepta, „
sensus enim perpeffus iam delegator existit eo- „
rum quæ subiacent atq; obueniunt ad ipsam co- „
gitationem, quin sensus saepe mala perpeffus est „
et suscipit, quibus quādo qualiter lusus sit ob- „
seruans et in seipso reponens recordatur, pro- „
pter hunc igitur progressum orta est experien-
tia, quæ à pluribus memorijs sensibilibus initiū
capit, quam maxime sequi medicus debet non
sic tamen, quin alterū rationis progressum fa-
ciat quæ ipsam experiētiā moderetur, quæ ra-
tione destituta multoties potius laderet, quam
iuuaret: ob diuersam enim corporis naturam,
atates, annitempora, occasionem, et plurima
alia fieri potest ut unus et idē morbus non ea-
dem auxilia desideret, eò magis quod à pluri-
bus

bus causis oriri potest: igitur ratio necessaria fuit, quæ corporum naturas dispositiones, ac earum omnium causas cognosceret & ceteras omnes circumstantias à quibus certo quodam ratiocinio recte experimento utitur medicus, quinimo si quando ab hoc destituitur ad indicationem recurrit quæ omni prorsus remota experientia morborum remedia reperire potest si quando nova morborum genera occurrunt. Efficiens igitur artis medicæ homo fuit, instrumenta verò ratio & experientia.

His igitur ita explicatis abundè demonstratum esse arbitror illa omnia, quæ ad medicinæ naturam spectant, diximus enim qualis facultas medicina esset, quis eius finis, quæ officia, quæ materia subiecta, quod deniq; efficiens ex quibus educi potest hæc definitio. Medicina Quid Medicina sit.
 „ *est facultas animæ factiua, ratione, & experi*
 „ *mento inuenta quæ in humano corpore ob sani-*
 „ *tatem operatur.*

Posita igitur medicinæ essentia, illã in duas partes diuidemus, supra partitione ab uniuersali medicinæ actione: est autẽ medicina actio humani corporis vitia corrigere, quare aut parua vitia corrigit, aut magna, aut medio-
cria

*cria, ex quibus oritur triplex medicina pars cō
 seruatrix, curatrix, aut ex utraq² mixta: cō
 seruatricis duæ adhuc sunt partes. aut .n. par
 ua adeo vitia corrigit, ut nulla mutatio in cor
 pore fieri videatur, et hac euectrix, seu boni ha
 bitus cōseruatrix dicitur: aut paulo maiora
 corrigit quæ non habitū simpliciter sanum, sed
 eū qui ab illo deflectit, quæ cōseruatrix simul
 & salubris rectè appellatur: rursus curatrix
 quæ magna vitia corrigit in tres partes distri
 buitur, iuxta tres, quas præstat operationes:
 aut enim causas morbū actu facientes submo
 uet quæ generis nomine nūcupata est curatiua,
 aut causas morbum augentes remouet, quæ cu
 ratrix simul & præseruatrix dicitur, aut sym
 ptomata, quæ causæ rationem habent lenit, ut
 sitim, vigiliam, dolorem, quæ mitigatoria di
 citur: quæ vero pars ex utraq² est mixta tri
 plex etiam esse censetur, prout triplex est neu
 tri corporis status, conualescens, senile, & ad
 morbos paratum, conualescenti analeptica,
 quæ & refectoria dicitur, seu gerocomice, quæ
 & renutritoria, & restauratrix appellatur,
 profilactice seu præseruatiua, quæ corpora iam
 in morbos casura defendit: sic igitur ex medi
 ci ope-*

ei operatione partes medicinae inuenimus: non tamen sic ut omnia comprehensa sint, quae in ea considerantur: si quis tamen omnia velit comprehendere per hanc, id comode faciet, si dicat: medicinae alteram partem esse, quae corporis naturam partes, facultates vel actiones omnes, earumque causas considerat: alteram verò quae sanitatis, morbique essentiam differentiam, causas, signa medicam materiam, & rectum illius usum docet.

His igitur ita explicatis, quae ad naturam medicinae, ac partes, partiumque proprietates pertinent, iam aggrediamur, quod ab initio à nobis propositum fuit, ac ostendamus medicinam artem, omnium artium esse praclarissimam, quod Hippocrates in fronte huius tractationis statim posuit: quò homines ad illam perdiscendam inflammaret: tum etiam vulgi opinione prorsus reprobaret, qui existimabant indignam esse, ac vilem: dicit igitur medicinam praestare ceteris artibus nec aliquam affert rationem, quod si quis finem consideret facile intelligere poterit: nos tamen id ostendere tentabimus, ratione primo ducta ex ipso medicinae fine, à quo praecipue habent artes omne id, quod sunt: de-

F inde

inde ad idem probādum afferemus subiectum scilicet efficiens & formam.

A fine igitur ita argumētor illa ars omniū est nobilissima cuius finis omnes alios excedit, sed medicina finis cuiuscunq; artis finem superat, ergo medicina est nobilissima, maior per se nota est, quoniam præstantia artis à fine ducitur: minor probatur assumendo medicina finem intrinsecū, tum extrinsecum, hac ratione: Medicina finis est vita, & quacunq; in vita desiderari possunt: ergo finis medicina omnes alios excedit: consequens est manifestum, antecedens à nobis declarabitur: illud adnotādo nos per vitam intrinsecum finem intelligere, per cætera verò eius commoda extrinsecū: quod verò ipsa vita, finis medico sit, ex eo patet, quia ita cum sanitate cōiungitur, ut unū censeri debeant. nam valetudo aut vita est, aut eā immediatè sequitur, veluti morbus via quadam ad mortem haberi debet: aut potius mors quadā: nec enim illa vita censeri debet, quā homo degit, dum morbo affigitur: hinc est quod antiqui medicinam, vitā restituere arbitrarentur: quod cum morbo languentes sanaret: quasi à morte quadam ad vitā reuocaret:

Statue

Statue obsecro hominem morbo graui teneri, quid illi quaeso iucundum, quid dulce, aut suaue videri, aut saltem conditionis acerbicatem lenire potest? vitam enim ipsam non tam in reru essentia, quam in operatione consistere volunt philosophi: at quid obsecro operari potest homo, qui morbo languet? quare medicina dum sanitatem sibi proponit, operationem quoque quaerit, quae absque ea esse non potest, in operatione vero vita consistit: cum igitur vita sit medicinae finis, aut eius finem sequatur, vitaque ipsa nil praestantius aut esse, aut excogitari possit naturaliter, sequitur, ut ob hunc finem intrinsecum ars sit et omnium illa quidem nobilissima.

Sed quod omnia vitae comoda ex medicina resultent ostendemus, si prius quae illa fuerint explicabimus: nam si quid ultra vitam expectamus, id vel sapientia est, aut virtus, aut potentia, aut gloria, aut opes, aut dignitates, aut amicitiae, aut voluptates: quorum unum quodque tantum est praestantia ut existimarint homines in illis summam felicitatem esse collocatam: at nulla est ars per quam magis haec omnia acquirantur: quam per medicinam: igitur medicina omnium artium est nobilissima, ac praclarissima.

F. 2 Atque

Atq̄, ut singula explicemus à sapientia incipiamus, quæ in rerū consistit cognitione, ea tanta profectò est in medicina solum, quanta in reliquis omnibus ferè facultatibus simul: est. n. Medicus, Grammaticus, Logicus, Rethoricus, Astrologus, Geometra, Arithmeticus, Musicus, Geographus, Architectus, Philosophus naturalis, Moralis, atq̄, Diuinus.

Cum enim in medicina inquirenda, scribenda, tum facienda congruè loquitur, Grammatici fungitur officio, quod in congrua loquutione consistit. Medicus itidem est Logicus, et „
rationalis artifex dū per illam adiutus cogno- „
 Galen. in „
 libr. quòd „
 medicus „
 debet esse „
 philosoph. *scit quot in uniuersum sint morbi, & quo pa-* „
cto sumenda sit cuiusq̄, curationis ratio, qua- „
lis praterea sit uniuersa corporis humani natu- „
ra. Rethorica utitur medicus ad agri conso-
lationem, per quam tum desperationem agri
tollat, ministrorūq̄, obedientiam sibi cōparet.
 Hipp. de „
 de aere, „
 aquis, & „
 locis. *Astrologus est medicus, cum temporum muta-*
tionem considerat, quæ ex ortu, & occasu stel-
larum dependent, cum nullum insigne medica-
mentū non sanguinis missionem, non purgatio-
nem, per solistitia & æquinoctia exhibet, quæ
æquinoctia, & solistitia magnorum syderum
sunt.

sunt effectus. Geometra est medicus cum per ipsius cognitionē, quae multiplex est, & varia omniaq; cum demonstratione transigit: ossiū figurarum, situs, coarticulationes, & reliquorū membrorum ordinem inuenit, quibus cognitis cōmodē luxata reponit, aut fracta unit, aut cariōsa perforat, omnemq; aliā operationē exercet: geometria etiam utitur dum totius corporis, & partium eius figurarum considerat: iam n. quod caput figurae sit rotunda, eo probat, quod capacissima sit ad continendum omniū figurarū, circularia vulnera difficilius curari dicit: quod partes distantes habeat, quae omnia media sunt Geometrica. Arithmeticus etiam debet esse medicus, quod per numerorum scientiam transmutationes febrium praeter rationē fientes, morborū crises, ac iudicia cōsequatur, quae cognitio praclarissima in medicina est, tum ob rei necessitatem, tum difficultatē: magnum n. in medicina est morborū remissiones, ac intercessiones circuitusq; cognoscere, ac eorum rationem inquirere quod per Arithmeticam fieri certum est. Musica utitur medicus ad cognoscēdum totius corporis harmoniā, in qua sanitas consistit, & ametriam in qua morbus

Idem in
episto. ad
Theſſalū
filium.

Idem in
epist. cad.

Hippo. de
aere, a-
quis, & lo-
cis.

morbis, quinimo utitur Musica medicus ad varios illos pulsum rithmos, ac rithmos, par rarithmos, omnemq, proportionem pulsificam cognoscendam, cuius exacta cognitio ad morbi dignotionem, tum ad prognosticū, tum curatio- nem viā latissimè aperit. Geographus est me- dicus dum totius mundi partes, earūq, situs naturam, ac positiones considerat, Asiam, A- fricam, Europam, & quicquid orbis est reli- quum: cum particulares cuiusq, prouincie & ciuitatis situs perpendit. Considerat enim ciui- tatem ad quam mundi partē exponatur, nūm ad meridiē sita sit, aut ad septentrionē iaceat, quomodo ad solis ortus, & occasus collocetur, quibus ventis tecta & perflata sit, nūm in loco alto, humili, arido, aquoso, unde, aut in qua parte fontes collocētur qui hominū mores, nūm edaces, aut potatores, que dieta illis sit propria, quibus exactē cognitis iam in ambiguo nō erit medicus ubi ad ciuitatē sibi ignotam accedit: sed exactē cognoscat omnes morbos illi regioni particulares, ac endemios, futurosq, predicet, temporis constitutionē animaduertens. Ar- chitectus est medicus, dum domorū considerat structuram, & cōmoda: quibus scilicet ventis expo-

exponenda sunt fenestra, porticus, atrium: quibus lignis consistere debeant aedes, quae cubacula, aut cenacula, & quomodo constituenda ut hyemali sole tepeant, & aestiva aere perfrigerentur: sed iam naturalem philosophiam aggreditur medicus, dum pluias serenitates, frigora, nives, calores ventos, aeremque scrutatur: ceteraque metheorologica: dum omnium animalium naturam plantarum, lapidum, metallorum, piscium genus, avium, serpentium, quadrupedum membraque illorum non modo uniuersa: sed generationem formas, regiones, ubi nascantur, quaeque optima pessimaue sint: quaeue illorum actiones ac proprietates perquirat, in quibus natura cognitio
 „ maximè elucescit. Nec enim fieri potest inquit De veteri
 „ Hippocrates ut de natura aliquid manifestum, Medicin.
 „ ac euidentius cognoscatur, nisi ex me vicina contingat. Sed & per moralem philosophiam animi mores considerans eiusque affectiones, iram, gaudium, spem, timorem, tristitiam, amorē, odium, ceteraque eiusdem generis omnibus contraria adhibet, in medium afferens iustitiam, temperantiam, fortitudinem, patientiam, modestiam, quae omnia ad moralem philosophum pertinent. Sed & theologus fit quodammodo medi-

CUIUS

*cus dū in quæstionē vertit, nūm morbi, eorūq̄
causa à celo Deoq̄ proueniant: dum de immor-
talitate anime agit: dum mortalium calamita-
tes in tractandis morbis dignoscens hominis fœ-
licitatem non in terris positam esse videt: pro-
inde mentem ad diuina erigit.*

*Quamobrem habet in se medicina omnium
aliarum facultatum perfectiones, & præter il-
las, multa etiam sibi propria. Quid obsecro
ea cognitione præclarius excogitari potest, quæ
per anatomen totius humane fabricæ habetur?
in qua quascunq̄ quantumuis reconditas par-
ticulas visu, tactuq̄ cognoscendas proponit, &
in qua cum ipsa natura contendere velle vide-
tur medicus. Accedit admirabilis illa ingenio
sæq̄ ac ferè diuina pulsuum cognitio, quæ aut
sola, vel maximè hominis intelligentiã supra
humanam esse ostendit. Nonnè his omnibus
armatus sapiens haberi medicus debet? sit sa-
nè non modo sapiens, sed iure optimo sapientis-
simus: cum nullus alius artifex vix partem eo-
rum attingat quæ medicus ipse cognoscit.*

*Sed ad virtutem si veniamus ea certè in re
nulla alia magis, quam in medicina elucescit:
si. n. virtus est rectè operari, quod obsecro opus
prestan-*

*præstantius, aut quodnam maius beneficiũ erga mortales esse potuit, quam illos iã iam interitu- ros in vitam reuocare? nimisq; desideratã san- nitatem restituere? virtus quidem sanè illa est profectò insignis, homines inopes alere imbecil- les defendere, sed sanitatem restituere opus est prorsus diuinum, propterea mirũ non est si vi- ri sanctissimi medici officio functi sint ut i quo maximũ virtutis lumen fulgeret: ubiq; enim habet medicina quod agat: ubiq; quod iuuet, nam Iurisconsultus inter arma silet, præscri- ptos habet limites, inter quos iudicet, nec affi- nibus, aut cognatis litigantibus iudex esse po- test, reuocationem habet iudicis sententia, iu- dicium vitari potest composita inter partes li- te. At medicina nunquam otiosa est, undiq; auxilia petit, omnibus pariter iuuat, medici consulta irreuocabilia sunt nec cũ morbis, vel pax, vel pactum vllum esse potest. Rhetor a- pud pleraq; nationes silet, nec in eadem causa ab omnibus probatur, sæpius iniusta consulit. at medicina nusquam quidem non est, si quidẽ Celsus in proemio. imperitissima gentes, herbas, aliaq; prompta in auxilium vulnerũ morborumq; nouerunt: 1 semper iustum operatur, semper ut tale iudica-
G tur*

De decen
ti ornatu
Hippocr.

tur ab omnibus, quare ubiqꝫ locorum medicus pietatis officiuꝫ, ac humanitatis plenũ præstat: insunt deniqꝫ in medicina omnia virtutuꝫ, ac probitatum genera, argenti contẽptus reuerentia, verecundia, habitus submissus, auctoritas, iudicium, obuiam itio, cognitio utiliũ ad vitam ac necessariaruꝫ purificationum, alienitas à mercimonijs, alienitas à superstitione, præeminentia diuina. Habet enim quacunqꝫ habet ad coercendam intemperantiã, inscitiã, auaritiã, concupiscentiã, rapinas, ac imprudentiam: quæ si quis animaduertat, virtutis fundamẽta maxima in medicina esse cõperiet.

Sed quid de potentia dicere est opus, cũ nullus reperiatur, qui medici imperio non subiiciatur, non Pontifices, non Imperatores, non Reges, nec alius quispiam cuiusuis conditionis sit: nam boni medici ita semper agris imperare voluerunt, veluti Imperatores militibus, ac Reges subditis, idqꝫ optima ratione: non. n. ad sanitatem recuperandam satis est, medicũ suũ fecisse officium, nisi suum quoqꝫ agrotus, suum astantes faciant: sintqꝫ externa ritẽ comparata. Medicina enim ex tribus constat, medico, agrotò, & morbo, quoruꝫ duo medicus, & ager morbo

1. Aph. 1.

Lib. Epid.

morbo se opponant oportet quare obediētia medico est necessaria: hęc igitur Principes ac viri præstantissimi medico concedunt: quare cū tāta insit in medicina potētia, miror sanè quanam memorabili ratione cōmoti hominum turba hisce nostris temporibus medicinā artem vilem viliq̃ homine dignā existiment, cū ea non secus ac de sapientia dictū est cum Regibus se deat ac eos sibi subditos faciat qui alijs dominantur.

PROVERB. 8.

Quod si quis gloriæ nimis avidus fuerit medicinam optimè teneat: nā nomē boni medici omnes alias artes obscurat. Celebratur Alexander ille magnus ob res præclarè gestas quod totum orbē terrarum armis sibi comparauerit alijsq̃ eiusdē generis magni viri, ut Pyrrhus, Annibal, Scipio ob innumeras partas, victorias rei q̃ militaris peritiam. Inter philosophos Socrates, Plato, Aristoteles ceteriq̃ eius farina viri moribus, ingenio, ac doctrina præstantes: magnum quoq̃ extat in terris poetarū nomē, ut Homeri, Virgilij, Lucetij, & aliorū qui carmine valuerunt. Oratorū quoq̃ magna laus esse perhibetur, ut Demosthenis, Ciceronis, & multorum, qui in arte dicendi clarue-

G 2 re,

*re, omnis deniq̄ alia ars suos fautores ac inuen-
tores memoriæ cōmendauit: sed nullus (si rectè
perpendas) in deorum numerũ fuit collocatus.
præterquã medicus: Appollo enim & Æscu-
lapius, quoniam rudẽ, ac vulgarem priscã il-
lam medicinã paulò diligentius excoluerunt in
deorum numerũ recepti sunt: his non inferior
Hippocrates veluti ditiſſimus medicinae ocea-
nus extitit, cui ob artis peritiã aurea statua
ab Atheniensibus crecta est: cuius hominis ce-
leberrima fama, quãuis antiquiſſima, adhuc
apud nos extat, viuetq̄ perpetua cum maxima
laude: veluti multorũ aliorum, qui eum sequi
ſunt: Eraſiſtrati ſcilicet, Aſclepiadis, He-
rophili, Praxagoræ, Galeni, & aliorum quos
nulla vnquam tẽporis iniuria ob hominũ men-
tibus auellet.*

Theſſalus
in epiſtol.
ad Athē-
nicn.

*Sed & qui potentia, armis dicendi ve peri-
tia claruerũt, omnia calamitatis incendiũ ſan-
guinis, rapinæ, truculentiaq̄ ſigna, & veſtigia
reliquere, vnde illorum memoria non omnibus
laudata viget, ſed à quã plurimis potius vi-
tuperata: at medici memoria viget, & illa qui
dem pietatis humanitatis, & amoris plena, ab
omnibus commendata, ſine alicuius noxa.*

Fam

Iam verò si diuitias expetis, tanta in medicina comparantur: ut si exempla referre vellem fabulas prorsus narrare viderer: nam ut Celsus Rodiginus refert, Podalirius antiquissimus medicus cuius etiam Homerus in bello Troiano mentionē fecit, filiam Damethi Regis è tecto lapsam misso ex utroq; bracchio sanguine curauit: cuius postea ob egregiā nauatam operā matrimonium promeruit: nullis præterea ut Plinius refert maiora unquā stipēdia data publicè fuerunt, quam medicis: sed & priuatus quæstus uberrimus olim medicis fuit: nãq; ut idem author refert, Sterlinus Romanus medicus sexcena sextertia annis singulis se lucrari numeratis domibus gloriebatur. Crinias item Massiliensis medicus ex peculio quod sibi medicina cõparauerat mœnia ciuitatis extruxit, & moriens infinitam quoq; pecuniarum multitudinem mœnijs patriæ reliquit. Artaxerxes Rex maximus Hippocratem ad se conuocari iubens præcepit suis, ut auri illi quantum voluisset, tribuerent, unumq; ex primatibus suis futurum si ad illum accederet: Antigonus Erastriato à quo, non sine magna artis medicæ gloria, curatus fuerat filius: Sexagies mille aureos

In episto.
ad illum
missa.

reos phillipeos persoluit : sed longior nimis esse si illa referre vellem, quæ Alexander Critobulo, sanato ab eo Philippo eius patre, obtulerit, quæ Phalaris Policreto Meseno dederit : & quæ Polocrates Democidi: quod si hæc ut antiqua non arriident, non desunt & modernorum medicorū exempla. Thadeus enim Florentinus, Petrus quoq; Apponensis, moderni ambo medici, non nisi quinquaginta aureis coronatis singulis quoq; diebus extra urbē proficiscabantur : Iaquus Cotierus ex modernorum classe à Ludouico X I. Gallorum Rege quinquaginta mille aureos coronatos accepit : quod si hoc nostro seculo, tum ab hominū auaritiā, tum medicorū multorum imperitiā, merces diminuta est: tanta tamen adhuc existit, ut omnibus abunde suppetat: at si cætera demas, id inter cæteras artes peculiare medicinā habet, quod ubiq; gentium ac locorum omniq; tempore suos alat artifices, quæ res nulli artium alteri competere videtur.

Quod autem ex medicina ad dignitates paratur aditus, id neminem latere arbitror, nā inter Pontifices summos medici nonnulli extitere, quinimo Petrus ipse Ecclesiæ stabile fundamentum-

amentum, ac primus omnium Pontifex sanctissimus, dum claudos, cecos, demoniatos, paralyticos in sanitatem restituit quodammodo medici opera egregie functus est, ac plusquam medici, dum mortuos ad vitam reuocauit. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi multi sane medici extitere: sed et Imperatores ipsi ac Reges, imperatoriam ac regiam dignitatem magis sple descere sunt arbitrati si medicinam profiterentur: Quod Vespasianus, Pyrrho, Trimegistus, Mithridates prestantur, et nunc etiam Gallorum Reges prestant.

Si vero amicorum copiam desideras, nullus alios nec plures, nec digniores quam medicus, habet: nil enim vehementius ad beneuolentiam homines inflammare potest, quam medici officium, pietatis, et humanitatis plenum: propterea non modo quoscunque homines sibi in amicitiam coniungit, sed etiam principum, ac magnorum hominum familiaritate utitur: fores enim Regum que omnibus alijs fere claudantur, medico semper patent, in omni tempore die noctuque ingressus illi est liberus.

Denique si voluptatem in medicina queris, ex qua nam aliare, maior quam ex ea comparari

rari potest? nunquid non vehementi gaudio afficietur ille, qui sapientia, virtute, potentia, gloria, dignitatibus opibus amicitijs quasi amictus graditur? Quare cum hæc omnia medicina cõparentur, aut magis quã per aliam quãuis facultatem, dubio procul medicina omnium artium nobilissima, ac præclarissima censeretur debet.

Quod si ex efficienti medicina dignitatem quis querat, inueniet illam ad Deum Optimũ Maximum relatam esse, at quid eo ipso optimo omnium patre dignus, aut præstantius extogitari potest? quod si homo eius inuentor extitit, ars etiam nobilissima est iudicanda: si quidẽ homo finis est omnium, quæ in hoc inferiori mundo reperiuntur, qui ad eius summi Artificis similitudinem creatus fuit, ut omnibus, quæ in terris sunt dominaretur, quasi naturæ & ordini conuenientissimũ esset, ut veluti in supremo illo mundo ab omni prorsus alteratione semoto vnus esset optimus princeps Deus benedictus, ita in hoc inferiori orbe alter daretur, nèpe homo, qui omnibus ijs imperans ad illũ supremũ mentis acie eleuaretur. Num igitur præstantissima nõ erit ars illa cuius vel summus Deus, vel

vel homo nobilissima creatura fuit inuentor? sed cum & idem homo medicinae sit subiectum, propterea subiecti nobilitate omnes alias facultates superat, praeterquam sacram Theologiam, quae Deum optimum maximum contempletur. sed si medicina ut ars est consideretur, ea cum sit liberalis, & architectonica omnibus fere alijs imperans nobilissima est censenda: quod si haec ad medicinae praestantiam declaranda non sufficiunt, audiamus iam quid de illa proferat diuina Sapientia, Medicum (inquit) suis praemijs affice, ut eum habeas in quibus opus est, nam illum creauit Dominus, est .n. a supremo medicina, & a Rege stipendium accepit, medici scientia caput extollit, ut proceribus sit admirationi: Dominus creauit ex terra medicina, quae prudens homo non fastidiet haec scriptura sacra. Quamobrem abunde probatum esse arbitror id quod Hippocrates statim sibi proposuit, medicinam videlicet artem, omnium artium esse nobilissimam, ac praestantissimam: sed videamus quid postea subiungat.

Sapiens in
 Ecclesiastico.

H Tex.

Tex. Verum propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quod tales pro medicis iudicat, vt habet iam cò res deuenit; vt omnium artium longè vilissima censeatur.

LICET præstantissima reuera omnium artium medicina sit, ea tamen illius etate, Hippocratis fuit opinio vt potius longè vilissima censeretur. vigetq; ea ad huc vsque diem, quamobrè paradoxum scripsisse sibi videbatur, medicinam supra omnes artes extollens, nullus enim nunc est, dumodo se nobilem putet, qui indignum non iudicet medici nomen, animuq; potius ad alias facultates applicet: & si quis ad medicinam quoq; accedit, id potius lucri, & inopia sibi leuande gratia facit: sed & mille etiã modis hominum plebs medicinam ac medicos vituperat, quod morbos solum curent, qui à seipsis fuissent sanati, idq; potius fortuna aut Dei ope, quã vlla egregie nauata opera: homines autem qui moriuntur, non vi morbi, aut ægri intemperantia, sed medicorum culpa interire, quam rē animaduertens ipse Hippocrates, ita de seipso loquitur ad Democritum scribens: ar
 tis medicæ recta facta à Democrite plerique è
 vulgo

In episto.
 ad Demo-
 critum.

„ vulgo hominũ non omninò laudant : verũ dijs
 „ sape attribuunt : si verò natura reluctata per-
 „ diderit eũ, qui curatur medicos reprehendunt
 „ numen praterentes : et ego sanè mihi videor
 „ maiorem reprehensionẽ, quam honorẽ artis me
 „ assequutum esse hac ille . Quamobrem infam-
 „ es medici, infamis quoq; medicina habetur
 „ cõmuniter : sed hanc opinionẽ falsam esse ex il-
 „ lis, quæ superius tradidimus, satis est demon-
 „ stratum : modo causas docet Hippocrates, unde
 „ proveniat ea vulgi opinio de medicina, di-
 „ citq; duas esse causas huius rei : alterã quidem
 „ medicorum ignorantia, alterã verò vulgi in-
 „ scitiam, & ignaviam, qui medicos peritos ab
 „ imperitis distinguere non valet : sed ut omnia
 „ rectè intelligantur, indicandũ est quid ignorã-
 „ tia sit, & quotuplex, quæq; illa sint, quæ in me-
 „ dicina ignorantur, & quomodo dicatur medi-
 „ cus imperitus cur tales multi sint medici, dein-
 „ de de vulgi ignorantia dicemus cur verum à
 „ falso medico distinguere nesciat .

Et quod ad primum spectat ignorantia nil
 aliud est, quam scientiæ, & cognitionis priuati-
 o : hæc autem duplex esse potest, quedam .n.
 ignorantia negationis dicitur, quedam verò

H 2 igno-

ignorantia prauæ dispositionis: ignorantia negationis est quoties eius rei, quã intendimus nihil omninò scimus, quo pacto rusticum omnia ignorare dicimus quæ ad nauigandi peritiã spectant: ignorantia autem prauæ dispositionis est, cum rē, quam intendimus aliquo pacto, sed confuse, aut opposito potius modo dignoscimus: fieri igitur potest, vt imperitus medicus ea quæ medicina sunt, & ignorantia negationis, & ea, quæ prauæ dispositionis est, ignoret, aut altera duarũ etiam: nam vel ob vnã, aut vtramq; ignarus dicetur: quæ verò in medicina ignorantur equalia sunt ijs, quæ noscere debet medicus, morbi videlicet dignotio, eius prognosticum & curatio: per diagnosticam enim partem noscit medicus morbi naturã differentias, partes, causas, & signa, per prognosticũ nunquid speranda sit salus, quæ si speratur, per curatiua remedia, et rectũ illorũ vsum adinuenit: habent autem hæc tria inter se illam proportionem, vt ad vnum cetera ordinentur, nam morbũ cognoscimus, & de illo iudicamus propter curationem, quæ tamen curatio, nunquã præstari potest, nisi quis morbũ cognoscat, ac de illo futurum predicat: Medicus igitur
impe-

imperitus talis dicitur, aut quia morbum non cognoscat, aut si etiam cognoscat, quid de illo futurum sit ignoret, aut si id quoque assequatur curationem adhibere non valet: propterea talis dicitur, aut quod omnia ista ignoret, aut quod aliqua ex illis: si igitur morbum ignoret curare nulla ratione potest: curatio enim, ablata morbi causa fit: quae si ignoratur: sequitur ut casu, ac temere omnia postea adhibeantur remedia, proinde dicebat Hippocrates medicum sufficientem esse ad sanandum, si sufficiens fuerit ad cognoscendum: quod si etiam morbo cognito, prognosticum ignoret, artem quoque infamat, dum morbos incurabiles aggreditur: Morborum n. eodem authore, triplex est natura, alij omnino mortales sunt, ut tabes, hidrops, marasmus, causos, phrenitis, peripneumonia, uteri erysipelas si pregnantem mulierem inuadat: alij sanabiles sunt, ut tertiana, quartana, ephemera. nonnulli dubij ut angina, peripneumonia, pleuritis, dyssenteria, non quod dubij dicantur, quia in illis quid futurum sit, medicus cognoscere non possit, sed quod aliquando occidant, et aliquando non: si igitur prognosticum ignorat medicus, aggredietur curandos illos egros,

qui

Primo de morbis.

qui prorsus prognosticis sunt relinquendi, propterea artem infamat, dum indifferenter omne morborum genus curare aggreditur: sed age iam cognoscat medicus morbum, optimèq; prædicat, si remedium postea rectum usum non habeat, qui experientia maximè acquiritur, dum ex opinione medetur homines interficit, proinde non sufficit alteram medicinae partem habere, quæ morbi naturam, causas, accidentia, & prognosticum, curationemq; per uniuersalia theoremata doceat, sed usus medendi requiritur: quod respiciens Hippocrates hortatur omnes medicos, ut commodam habeant exercitationem post dogmatum uniuersalem notitiam, nec enim particularia postea quispiam cognoscere posse speret citra exercitationis constantiam, quapropter hoc admoneo, inquit, ut medicis dicentibus quidem attendant, facientibus autem incumbant. Cum igitur omnibus illi tribus ignoratis, aut aliquo ex illis curare non possit medicus, hac verò à quâ plurimis ignoretur qui medici nomen sibi vindicant, sequitur ut pro salute, mortem potius afferant, unde ars infamatur, quæ diuina prorsus existit cum vitium sit artificis: igitur non est mirandum, si hæc medicorum

Libro de
 præcept.

corū ignorantia in causa fuerit : ut multa hominum nationes, medicos veluti pestem è civitatibus expellerent, qui postea feliciter absque medici opera vixere, quod & nunc Turcæ faciunt: nam hi quod natura etiã docet, quiete, abstinentia à cibo nimio, & potu vini, clystere, lauacro, tum sani viuunt, tū à morbis liberantur, & plures sic sanantur, quã si à prauis medicis curarentur, quos certum est casu, ac fortuna, res agrorum, omnes tractare naturæq; non ministros, sed inimicos potius esse.

Atqui sicuti imperitorū magna est multitudo, ita medici reperiuntur sapientes, ac in arte periti, qui medicinã ob egregia eorum opera usq; ad cælum extollunt, videturq; hæc esse omnium artiū cōditio, ut alij sint ignari, alij præstantes, nã Astrologorum, Rhetorū, Nautarū, Pictorū alij ignari, alij præcellentes reperiuntur, sic in medicina accidit quod si hoc nõ esset, nec etiam sanè in ipsa observationes essent, nec
 „ aliquid inuentorum extaret, sed omnes æqua-
 „ liter eius ignari, & inexperti essent, & per for
 „ tunã res egrorum omnes gubernarentur: nunc
 „ verò non ita se res habet, sed quemadmodum
 „ aliarum omniū artium artifices multum inter
 se diffe-

Hippo.do
 veteri me
 dicina

se differunt tum manu, tum mente ita in medicina. Sed differentia est multa inter medicos, & alios artifices, quorum errores tolerari facile possunt, cum non multū intersit si quid deliquerint: at medici error, quamuis levis hominem è medio tollere potest, ac præcipuè in morbo graui. propterea accedit maior medicina infamia, at ignorãtia medici in causa est illius vituperationis, quã vulgus medicina attribuit, non ars ipsa quæ innocens ad mortalium salutem, optima inuenit, ac docet: vulgi verò ignorantia, quæ distinguere non est apta prauos medicos à bonis, ac peritis, infamiae artis medicae adhuc & ipsa in causa est: nam si id cognosceret vulgus, vituperaret quidem medicos illos prauos, non autem ipsam artem.

Sed cur vulgus id afficere non possit indicãdum est, primum sanè ex ignorantia artis id contingit: putat .n. plebs medicinam, facultatem præbere ad omnes morbos curandos: quod tamen verum non est. multi enim sunt morbi, qui nullam opem admittunt, cum verò ille contrariū teneat, si quando ob affectionis vim moritur homo, etiã in medicorum præstantiũ manibus, eos ipsos medicos iudicat vulgus imperitos,

tos, quod sanare morbum non suffecerint: at è contra multi iã egri in manibus ignari medici sanantur: quod cum ipsius naturæ ope fiat, medico saniattem attribuunt: & hac ratione æquale nomen perito & imperito medico nascitur, & cum in utrorūq; manibus & pereant & sanentur, æqualiter medici officio utriq; fungi videntur, sanatur autem homo in manibus indocti medici, aut quod morbus suapte natura sit leuissimus, aut si grauis sit ob naturæ ægrotantis vim: nam si iuuenis robustus ætatis tēpore feбри non mediocri iaceat oppressus, accedatq; ignarus medicus, qui vinum, oua, carnemq; ei porrigat, aliaque multa intempestiuè adhibeat, fit ex hoc, ut septima die irritata natura, ætate, & tēpore adiuta, licet multis exhausta vijs, ac debilitata modis, insurgat, veluti vir robustus & acer, materiãq; protrudat multis sudoribus, aliaue excretionē, dicet nequaquã ille medicus seruasse, quem Deus seruauit: nam ipse quantũ in se fuit peremit: huiusmodi autem tã multi casus in singulis annis accidunt, ut velamen imperitis medicis afferre possint.

Secundo ex natura morbi oritur vulgi igno-

I rantia

Hippo. 1.
de morb.

ignorantia, qua bonū medicum minimè cogno-
scit: sunt .n. morbi quidā, qui necessario qua-
dā mala secum adiuncta habent, quæ cum nul-
la arte evitari possint in medicū culpam reij-
ciunt necessitatem non agnoscentes, quæ ut ta-
lia fiant cogit: Nam si ad febricitantem, aut
vulnus habentē bonus medicus ingrediatur, et
admotis quamprimū remedijs opituletur, sed
postera die eger peius se habeat medicum accu-
sant: quamobrē eadem de bono, & malo medi-
co opinio imprimitur.

Ibidem.

Tertia causa ignoratiæ ipsius vulgi est for-
tuna: hæc enim veluti caca tā bonis quàm ma-
lis medicis fauet, propterea eadem de utrisq;
concipit vulgus opinionem. multa enim in me-
dicina fiunt tum in malū tum in bonum ob for-
tuitum euentum, quod multoties accidit: fieri
enim potest ut bonus medicus ad hominem ac-
cedens, qui bile in stomacho infestatur, proinde
medicamentū sursum purgans exhibeat, sed
motus postea, quo ad vomendum concitatur
venā in pectore rumpat ei, qui nullum prius in
pectore malum habeat: rursus si ad mulierem
gravidam accedens eodem morbo laborantem
vomitoriumq; exhibeat: at illud non per supe-
riora,

riora, sed infra purget & fœtum corrumpat: itidem qui suppuratū curat optima, qua fieri potest ratione, si forte fluxus alui superueniat moritur: his igitur rationibus alijque multis fortuna medicū etiam optimū defraudat: sed in alijs quampluribus indocto fauere potest: si enim accedat imperitus medicus ad mulierē curandam, cui menstrua defecerint, pharmacūq; purgans nulla ratione exhibeat, & pharmacū menses moueat, id à fortuna factum est: itidem si ad hominem in vesica lapidē habentē accedat, pharmacum etiam adhibeat, qui lapidem foras extrudat, & si ad suppuratū accedat qui in thorace puris copiā habeat medicamentūq; exhibeat, ad quod pus omne sequatur: itidem si temerē pharmacum prabeat illi, cui tuberculum in stomacho erat suppuratum à quo rumpatur, pusq; expurgetur, tale quidpiā

» à fortuna factū est: quamobrem cum talia per Hippo. I.
 » nullam medicorū scientiam, aut ignorantiam de morb.
 » fiant, sed sua sponte, aut fortuito casu contingentia iuuent, aut noceant, non mirum est, si eandem opinionem & boni et mali medici vulgus habeat.

Duo tamen sunt, quæ imperitiā medici ostē
 I 2 dunt,

De veteri
medicina

dunt, alterum est affectionis natura: alterum
 verò boni medici superaduentus, de primo lo-
 quens Hippocrates, ita rem totã exprimit, ple-
 riq; medici eadem quæ mali gubernatores in se-
 admittere mihi videntur, etenim illi cū in trã
 quillitate gubernantes delinquant, non sunt
 manifesti: cum verò deprehenderit ipsos ven-
 tus magnus & tēpestas palam iã cōspicui sunt
 omnibus hominibus, quod ignorantia, & cul-
 pa erroris sui nauē perdidērunt: sic sanè etiã
 mali & plurimi medici, cū curant homines ni-
 hil graue patientes, in quos si quis etiã maxi-
 mē delinquat nihil graue faciat (sunt autem
 multi tales morbi et multo sæpius quam graues
 hominibus incidunt) in talibus sanè delinquē-
 tes, non sunt manifesti idiotis hominibus: vbi
 verò obtigerit magnus & fortis, ac periculosus
 morbus, tunc ipsorum delicta, & ars omnibus
 in cōspicuo sunt, neq; enim longe absunt sin-
 gulorū pœna, ac cruces, sed breui adsunt: at
 cum in his morbis facilè deprehendi mali medi-
 ci possunt ad curationē non accedunt, vbi per-
 niciosam affectionē esse vident, quod si quando
 contingat iam eorū imperitia manifesta est,
 eoq; magis, si alter & ille nonus superaccedat
 medi-

medicus: nam primus morbum auxerat, hic vero dolores, ac affectiones domat, unde egroti dolent, quod ab initio potiori in arte se ipsos non commiserint ad finem usque. remissio enim morbi alicuius magnam egroti solatium afferre solet: hac tamen raro contingunt, quia rari sunt huiusmodi casus, et propterea vulgus propter supra dicta omnia distinguere non valens imperitos medicos ab optimis, artem inutilem, et perniciosam existimat, cum inutiles potius et perniciosi sint mali medici, vitium enim artificis arti non est tribuendum.

Libro de
 præceptio
 nibus.

Tex. At verò hoc peccatum ob hanc potissimum causam mihi committi videtur: soli namque medicinæ nullam poena in rebus publicis statuta est præterquam ignominie, verum hæc non afficit, nec contingit eos, qui ex composito personam ipsius induerunt.

Dixerat superius medicorum ignorantiam, potissimum occasionem præbere hominibus, ut medicinam vituperarent: nunc verò explicat, quare multi ignari reperiantur medici. quoniam, inquit, nulla poena in rebus publicis, veluti ceteris delinquentibus statuta est medicis ipsis: sit verò hoc ea ratione, quia medici officium pietatem representat, nec .n. illos supplitio dignos

gnos esse sibi, persuadent homines, qui operam suam ad illorū salutem conferunt. unde licet hominē per errorē occidant à pœna prorsus sūt immunes: quare bene in adagio dicitur, solis medicis licet impunè occidere, cū non minus illi occidendi essent, ac homicida: cur .n. ceteri omnes legibus viuere debent, medicus autē sine lege? Nam Theologi, ac Pontifices, qui diuina tractant, ac supra leges sunt, legibus et ipsi viuunt: Milites & militū, Duces quorū, vel illud institutū est ut legibus aduersentur, & ipsi legibus coercentur: hoc solum genus hominū solutū uiuet? absit. Nam Hippocrates legē hic constituit, cui omnis medicus subijciatur, quā nō nisi sub graui pœna violandā Principes, neminēq; admittendum ad medicinam statuere deberent, nisi illū, qui omnia haberet, quæ hic Hippocrates in unoquoq; medico desiderant. fieret .n. tunc ut pauci admodū, sed præstantissimi reperirentur medici, aut saluē coercendi essent ea ratione, ut mercedē solum pro sanatis acciperent. Quid .n. inquit Hippocrates mali esset, si mercedē auferrent. ijs, qui medicinae opera malè administrant? nonne agrotis, qui extra culpā sunt sufficiens esse

appa-

Libro de
preceptio
nibus.

„ apparet violentia morbi nisi medici quoque imperitia accedat? nam si hoc obseruaretur plures ut boni fierent medici, studerent ea saltem ratione, quam sibi precipuam proponunt lucrandi: Cum igitur nulla poena medicus coerceatur, unusquisque prout pecunia auidissimus est ad mendandum se contulit, unde hominum resultat perniciēs: unum inquit Hippocrates restare videbatur, quod ignaros medicos ab instituto retrahere posset, nempe ignominia et infamia quam sibi comparant dum egros misere perdunt: sed cum illi sint prorsus impudentes conuitia iniuriasque parui faciunt: et quod magis refert, conscientia prorsus sunt destituti, unde haec consequentia fit necessaria, est malus medicus, ergo flagitiosus et pessimus homo, quippe qui spe lucrifragi tractus, Deum, et homines contemnit.

—
 Tex. Simillimi enim huiusmodi medici sunt personis, quae in tragœdijs introducuntur. Quemadmodum .n. figuram quidem, & habitum, ac personam eorum, quos referunt habent, illi ipsi autem verè non sunt. Sic & medici fama, quidem & nomine multi, re autem & opere valde pauci.

Appositissimo exemplo habitum, ac formam illam exponit, sub qua prauilantes medici

*dici vulgū decipiunt : simile .n. quidpiā in ijs
 spectare licet , quale in Comicis , & Tragicis
 conspicitur : ibi .n. videbis nonnullos formam,
 habitum, ac vestitū & Imperatorum, & Re-
 gū, aut cuiuspiā alterius adamūsim præferre,
 sub qua pueros & homines parum eruditos
 decipere possunt, arbitrantes tales re vera illos
 esse, quales representant . sic mali medici , sub
 quadā curandi forma latitantes tales ab igna-
 ris hominibus iudicantur reuera esse, cum sint
 potius umbra medicorū, quā medici . si ve-
 rò hanc formā sub qua latitant cognoscere cu-
 pis, illam tibi ex Hippocratis verbis exponam,
 dū de acutis loquitur morbis , ait .n. qui medi-
 ci non sunt , medici esse videntur propter hos
 morbos , facile .n. est nomina addiscere , quæ
 proferri solent apud agros his morbis affectos, si
 quis .n. ptisanam nominauerit , aut vinū , aut
 mulsam , eadē & meliores & deteriores medi-
 ci dicere videntur , hac ille . cum igitur uterq;
 & bonus & malus medicus eandē medēdi for-
 mā seruare videatur, dum uterq; ptisanā vi-
 num, mulsam exhibet, dum uterq; purgationē
 & sanguinis missionem adhibet agrotantibus,
 eo fit , ut malus medicus officium medici boni
 presta-*

Prim. acu
 torum .

prestare videatur : at multū interest inter v-
 trumq̄, nā peritus predictz omnia cum ratio-
 ne exhibet, ignarus verò casu, ac temerè id pra-
 stat : propterea hic medicus sophisterationem
 obtinet, dū talis videtur, & reuera non est : at
 ille artis potentiā potius ex operibus, quā sermo-
 nibus ostendere mauult : atq̄ veluti medicorū
 imperitorū infinita est multitudo, ita peritorū
 valde exigua reperitur . est . n. triplex medico-
 rū classis prima eorū, qui vndiq̄, perfectissimi
 existunt, at hi naso, ut aiūt, numerari possent :
 de his inquit Hippocrates sunt valde admodū
 pauci, quæ res ex eo patet, quod inter tot medi-
 cos quos habet vniuersa antiquitas paucorum
 admodū extat memoria celebris : secunda me-
 dicorū classis est eorū, qui quiduis aliud sciunt,
 quam medicinā, atq̄ horum infinita est multi-
 tudo, fortasse ob hominū peccata : tertia classis
 mediocrium est, quorū etiam numerus non mul-
 tus est : quod si quis causam querat, cur primæ
 illius classis, adeo pauci reperiantur, eā expli-
 cat Galenus hoc pacto : *Quod accidere solet*, Lib. quod
 inquit, athletarum plerisq̄, qui cupiunt quidē bon. me-
 in Olympicis victores euadere, ceterum vt id dicus de-
 assequantur nihil se exercent, curant ve tale bet cē op-
 timus phi-
 losophus

K quid-

*quidpiam quāpluribus medicis v̄su venit : nā „
 laudant quidem Hippocratē, ac medicis omni „
 bus illū anteponunt : v̄t autē similes illi euadāt „
 quiduis studio habent potius quam hoc . quippe „
 qui ne legunt quidem illius cōmetaria , nec si id „
 efficiunt , intelligunt quæ dicūtur : aut si quis id „
 quoq̄, assequatur , non perducit speculatiuā ar „
 tis rationē ad experiētiā , v̄t confirmet quod „
 didicit , quorum alterū si desit necesse est sui v̄- „
 niuersi studij ac instituti sine frustetur : nullū „
 enim nunc nasci qui natura satis cōpositus sit „
 ad perdiſcendam artē tam familiārē , tamq̄, a „
 micam humano generi dictū absurdum vide- „
 tur , cū idem sit nunc mundus , qui olim : proba- „
 bile tamen est , ob prauā educationē qua hodie „
 instituuntur mortales , & ob diuitias virtuti „
 antepositas , ita neminē amplius existere qualis „
 fuit vel Phidias inter ſtatutarios , vel Hip- „
 pocrates inter medicos . „*

Tex. Quisquis enim medicinę scientiam sibi rectē com-
 parare volet cum his ducibus sui voti compotem fieri
 oportet natura .

S I medicus ignorantia illam fugere cupit ob
 quam ars ipsa infamis redditur simul cum
 artifi-

artifice, legē sibi seruandam proponat : quam mox Hippocrates subiungit: quā si obseruaauerit ad summū medicinæ apicē nullo negotio ascendet . Primum igitur, quod in medio ueluti fundamentū requiritur est natura , quæ ad artē medicā sit aptissima . sed illud obiter notandum est, Hippocratem hic medicinā, quam superius artem appellauit, scientiam nuncupare, quoniā utroq; nomine explicari potest, licet propriè ars sit, ut superius est à nobis abundè demonstratum: ad rē igitur redeuntes, dicebamus naturā primò in medico esse necessariam : propterea uidendum est, quid per hanc naturā Hippocrates intelligat: sed id explicari cōmodè nō potest nisi prius significata huius nominis nature in medicū afferamus: non .n. uno modo, nec simpliciter natura dicitur, sed multifariam: ac primò natura dicitur Deus Optimus Maximus, secundum quā significationem naturā dicimus omniū rerum parentē optimam, & ipsam nihil frustra facere . secundò natura dicitur uniuscuiusq; rei forma quæ principii motus est actiuum eius rei in qua est . tertio natura dicitur materia, quæ illi formæ subijcitur, quæ patiendi est principium in re ipsa cuius ma-

*teria dicitur. quartò natura appellatur cuius
 que rei est etia, qua per definitionē explicatur.
 quintò natura dicitur corporis cōstitutio, qua
 significazione intelligit Hippocrates, dum ait
 naturam bonum habitum esse qua motum alie
 nū non acquisiuit: sed valde congruū ex spiri-
 tu & calore ac humorū concoctione, sic eos mo-
 ri in quadam constitutione asserebat, quorum
 natura ad tabem vergebat: ubi natura nomi-
 ne corporis constitutionē intelligit. sextò dici-
 tur natura corporis tēperies, qua ex quattuor
 elementis optimè cōmixtis conflatur, quā idem
 author intelligit: dum ait tēperiem illā omnium
 animalium esse naturā, generariq; singula &
 interire secundum eandē rationem, quod illo-
 rum natura ex quattuor elementis conflatur.
 septimò dicitur natura consuetudo, quā inten-
 dit idem author: dum naturā in macrocephala
 cū consuetudine conspirare ait ad acuta ca-
 pita efformanda. octauò dicitur natura cali-
 dū innatum, quem intelligit idē dum ventres
 natura calidissimos hyeme ait esse: nec. n. ut
 inquit Galenus, aliud ab initio animal effor-
 mauit, postea auxit: & vsq; ad mortē enutri-
 uit: de quo calore loquens Hippocrates ait, vi
 detur*

Lib. præ
ceptuonū.

Prim. epi
demior.

De natur.
humana.

De acre,
aquis, &
locis.

I. Aphor.
Apho. 15.

„ detur, inquit, mihi id quod calidū vocamus im
 „ mortale esse, cunctaq; intelligere, & videre & Libro de
 „ audire, & scire omnia presentia praterita & carnibus.
 „ futura. Dicitur & ultimo loco natura, illa fa-
 „ cultas, qua corpus animalis & hominis regi-
 „ tur, siue illa ad animā, siue ad corpus, aut ad
 „ utrumq; pertineat, cuius facultatis supradictū
 „ calidum innatum est instrumentū uniuersale,
 „ quæuis seu facultas pro diuersa instrumentorū
 „ natura diuersa in homine operatur, ac diuer-
 „ simode ob id est nuncupata: dicitur. n. hæc fa-
 „ cultas intelligens, sensatrix, motrix, generans,
 „ nutriens, augens, assimilans: atq; hæc illa natu-
 „ ra est, quæ ubiq; medico imitandam proposuit
 „ Hippocrates: dū ait quo natura vergit eo du- 1. Aphor.
 „ cere conuenit: hæc illa natura est, quæ stimula- Apho. 21
 „ ta: ac impulsæ artis peritis quæ facienda sint
 „ demonstrat: cogit autē partim coalitum in no De arte.
 „ bis calorē, pituitam per ciborū, ac potuum acri-
 „ moniā diffundēs: quo intelligat medicus, quid
 „ sibi visum fuerit de illis: quæ ut viderentur ab
 „ ipsa machinata sunt: hæc spiritum veluti de-
 „ latorē tum vijs arduis tū cursibus accusare et
 „ prodere cogit: quæ et sudores per prædicta edu-
 „ cens ac excludens humorū calidorum exhalationem

6. Epidemior. tionē perficit : Hæc illa natura est , qua nullo magistro v̄sa ea : quibus opus est , facit , qua morborum est curatrix , cuius medicus est minister : atq; hac significatione intelligit Hippocrates naturam dum illā in medico desiderat facultatem scilicet hominis non sanē omnem , sed illā : quæ maximè ad animalem partē spectat : quæ nil aliud esse videtur : quam naturalis quadā potentia ad medicinam tum cognoscendam : tum faciendam .

In prædicamentis capit. de qualitat. Duplex .n. est in nobis operandi principiū , ut docet Aristoteles : alterum est secundum quod nullo magistro v̄si prōptè ac facillè quiddam facimus : & hoc potentia naturalis dicitur : ut si quis facillè addiscat , pingat , currat , saliat : absq; ulla discendi , currendi , pingendi aut salienti doctrina : Alterum operandi principium est , quo per agrè & cū difficultate quiddam facimus , quæ naturalis dicitur impotentia : naturam igitur quam in medico desiderat Hippocrates : est illa naturalis facultas , quæ cōmodè aptè expeditè ac prōptè omnia quæ ad medicinam spectant facillè cōparat : quam ubi quispiam non habuerit ad aliud potius animū applicet ne oleum & operam perdat : huc spectat

Etat illud adagium: tu nihil efficies invita Mi-
 nerua: de qua natura loquens Hippocrates,
 „ principalissimum (inquit) omnium natura Libro de
 „ est: nam si haec adfuerit, qui artibus animum preceptio-
 „ applicant per omnia penetrare possunt: natu- nibus.
 „ ra enim diffluit ac confunditur cum sapientia
 „ ad cognoscendum ea quae ab ipsa natura facta
 „ sunt: Caterum huius facultatis necessitatē
 si quis ostendere velit id hac ratione cōmodē fa-
 ciet: si dicet nil generari posse nisi prius apta ad
 suscipiendam formam in materia fiat disposi-
 tio: Cum igitur medicinae formam in homine
 introducere sit propositum: certa quaedam re-
 quiritur dispositio, sine qua nunquam intro-
 duci poterit, quae dispositio illa natura est, quā
 diximus propterea ea veluti fundamentum
 primum in medico ut in ceteris alijs artifi-
 cibus sit oportet: Quare optime consultū esse ab
 illis patribus arbitror, qui filiorum naturā pro
 pensionem, ac inclinationem diligenti specula-
 tione examinant, quō illos postea ad illas facul-
 tates instituendos curent, ad quas nati esse vi-
 dentur, quam naturā quī secū adiunctam ha-
 bet admirabilis prorsus redditur: nec. n. aliud
 Alexandrum illum Magnum, Caesarē, Pom-
 peum,

peum, ceterosq; in re militari celebres reddidit, quam hac quã diximus naturã: Hac Policretum, Phydiam, Praxitelem, Apellem, reliquosq; eius farinae statuarios, ac pictores ad summũ gloria fastigium perduxit: Hac in dicendi facultate Demosthenem, Ciceronem supra omnes Rhetores, immortales fecit: Hac Poetarum maximum illum Homerũ, & post eũ Virgilium inter ceteros poetas immortalitati donauit: Hac quoque natura inter philosophos Platonem, & Aristotelem veluti uberrimos totius philosophiæ fontes nitidissimos uniuersi posteritati admirandos præbuit: Hac deniq; illa est natura quæ Hippocratem, Galenũ in medicina cum immortalis laude, ac perenni memoria ad sidera usq; euexit, quos omnes a deo celebres fuisse, arbitrandũ est, quod ab utero matris naturalẽ illã ad facultates, quas profitebantur potentiã contraxerint, qua qui orbati fuere nullo nomine digni iacēt, eo destituti foco, qui omnes difficultatis caligines cõsumit. Si igitur plures imperiti medici reperiuntur, in causa illud certè est, quod hac ipsa destituatur natura, quippe qui ad aurigandũ vel remigandum sint potius, quam ad medendum aptiores.

Tex.

Tex. Doctrina.

Non satis fuerit, medicū naturā illam habere, quam adeo necessariā diximus, sed requiritur præterea, ut cum illa natura doctrinam coniungat: non enim per potentiā illam naturalem, quā facillimè quis operari potest, artifex dicitur, sed per habitum, quē vel doctrina, vel inuentione sibi cōparauit: quæ autē sit hæc doctrina, quam Hippocrates in medico post naturam exoptat, cōmodè explicari non potest, nisi aliqua in uniuersum de doctrina tradamus. Doctrina igitur nil aliud esse uidetur, quam docentis actus: quo conceptuū à præceptore cōmunicatio ad discipulos fit: sed dicitur etiam doctrina habitus à quo ille actus emanat, qua ratione dicimus aliquē in facultate quapiam doctum esse & excellentem & plurimū doctrina valere. tertio doctrina dicitur instrumentum, quo præcipuè ad docendum utimur, qua ratione definitio, diuisio, resolutio, demonstratio doctrina dicuntur. quarto sumitur doctrina pro docendi modo, quem aliquis in docendo obseruat: quo pacto tres ait Galenus esse, resolutiuam, compositiuam, ac definitiuam. quin

Pri. artis
medicæ.

L tō do-

tò doctrina pro ordine accipi potest, quem quispiam in docendo obseruat. Cum verò Hippocrates dicit doctrinam medico necessariam fore, habitum illum intelligere oportet, qui in cognitione consistit theorematum omniū ad artē necessariorum sic tamen, ut qui hanc perfectē habuerit alias omnes doctrinas habere sit necessarium: qui .n. habitum habet doctrina, facile conceptus discipulis cōmunicare potest: nec etiam fieri potest: ut aliquis medicus verū habitum habeat, nisi instrumenta habuerit, per qua habitum acquisiuerit, optimamq; obseruauerit discendi methodum & ordinem. Vult autem Hippocrates hanc cognitionem rerum ad medicinam attinentium: ita in medico esse debere, ut appellari possit doctrina: appellatur autem doctus medicus, cum docere potest: nam signum scientis est posse docere.

Hanc verò cognitionem bifariam sibi comparare potest medicus, aut per cōmunicationē, aut per inuentionem: si per cōmunicationem; id vel sit voce a præceptoribus, vel scriptis ex libris de medicina conscriptis, de quibus omnibus dicendum est, quoniam hæc cuncta necessaria sunt ad doctrinam illam, de qua loquitur

Hip-

*Hippocrates. Quod igitur ad præceptorem at-
tinet in eam curam totis viribus incumbat me-
dicus oportet. ut præceptorem sibi diligat, qui
uniuersam artem exactè teneat: sitq; non mo-
do in uniuersalibus exercitatus, sed in parti-
cularibus consumatissimus: omniaq; illa in se
habeat, quæ in optimo quoq; medico desiderari
possunt: Nam diligens doctusq; præceptor ta-
les quoq; parit discipulos: ignarus vero & im-
peritus tales quoq; efficiet discipulos: sunt .n.
ut paulò post docebit Hippocrates dogmata præ-
ceptorum, veluti semina, quæ si praua fuerint:
nunquam bonos fructus producent: hanc rem
optimè nouerunt antiqui, qui nil magis sibi, vel
maioris negotij fore putarunt: quam ut opti-
mos in qualibet facultate præceptores haberent,
quos ut adirent maria, terrasq; per agrarunt,
sic Pithagoras è Samio ad Ægyptum, ut Ma-
gos conueniret nauigauit, ad quos etiam Pla-
to recurrit, Appollonius Indiam petijt ad Ge-
nosophistas: hanc quoq; rem tanti fecit Gale-
nus, ut uehementer gloriatur se præceptores ha-
buisse in omni facultate doctissimos, inter quos
maximè laudat Satyrum, & Pelopem, Corin-
thum nauigauit: atq; in Ægyptum se cõtulit,*

Tertio de
locis affe-
ctis.

L 2 ut

ut Quinti medici discipulos alloqueretur: proinde infelices ego sēper illos iuuenes iudicavi, qui vel aliorum artibus, ut assolet: seducti aut à seipsis re parum animaduersa praeceptoribus se addicunt, à quibus nihil unquā emolumentum sint accepturi: quæ res cum tanti momenti sit, parumquē animaduersa, non mirum si tam pauci docti euadant.

Ex præclara Toleti Doctrina I. phific.

Quod verò ad doctrinam attinet, quæ ex libris medicis habetur, hinc admonendi sunt optimè iuuenes medicina studiosi, quorum gratia hæc exarauimus, ne librorū diuersitate, numeroquē confundantur, sed sibi deligant auctore, qui eus doctrinæ præstantia methodoquē plurimū valeat. Vagatur .n. mens, cum nullum certū auctorem sequitur in multos, ac inutiles libros distracta, nil frugis aut emolumentum unquā elicere potest: unū igitur sequi auctore maximè oportet: à quo veluti à fonte uberrimo omnia hauriantur quo instructi ad præceptores audiēdos se conferant, non veluti solent quamplurimi, qui dum doctor explicat ac dicit animū ad scribendum applicant: qui labor inutilis prorsus est: nam mens tota scriptis intenta nihil apprehendit, deinde multi ad scribendum tardi
præce-

praeceptorem non assequuntur dicentem, & si quis quoque id assequatur, cum mentes audiendo excolere debuissent, tum scriptis castigandis, tum erratis corrigendis ipsam veri investigationem intermittere coguntur. Et cum saepe falsa cum illis ipsis dubia fidei monumentis consignent, haerent saepe nec illis satis fident, nec certum aliquid sibi persuadent. Turpis praeterea plerumque notarum forma, deprauata signa, liturae innumerae, & sordida illa non tam literarum, quam liturarum saepe congeries, plurimum egregia eorum ingenia retardant. Sed concedamus etiam, ut omnia ad manus scribant, quae dicendo doctor profert ad quid obsecro ad audiendum se conferunt: nam ea quae scripta sunt sine doctore villo contemplari possunt: vox enim viva mentem magis perficit, quam mortua: propterea sunt tota cogitatione audiendi praeceptores, scriptorum vero tanta est copia in unaquaque facultate, & praecipue hoc nostro saeculo, ut nil amplius scribendum relinqui videatur, è quibus ut dixi aliquem seligere oportet: veluti optimum ducem, eiusque doctrina imbuti ad audiendas praeceptorum voces, attento animo se conferant adolescentes: quod sane consilium ratione pri-

mo inuentum prudentia, deinde utilitatis plenum esse doctissimorum hominum authoritas, & longo temporis usu experientia cōprobauit. Vidimus .n. non rarò iuuenes qui hanc in suis studijs rationē sunt sequuti, vel quā ipsa et as ferebat sapientiores euasisse, cunctosq; discipulos longè superasse, mirabileq; progressus fecisse.

Quod verò ad eam doctrinā, quae inuentione comparatur attinet, nil est quod illis dicā, qui omnia ab antiquis rectè fuisse inuenta, ita pro comperto habent, ut nil amplius aut addi, aut inueniri posse putent. quasi immensum illud diuina sapientia pelagus paucis quibusdā hominibus veluti in angustiſsimo vasculo contineatur. qui verò melius sentiunt doctrina illa quidē antiquorum roborati multa inuenire possunt, multa deniq; excogitare, quae ne antiqui quidem somniarunt: hoc tam praclarū munus illi mehercle solum praestare possunt, qui libero ingenio praediti veritatem solum scrutantur: quod cū se fecisse scribat Galenus, mirū non est, si talis tantusq; euaserit: ego .n. inquit non solum in Hippocratis scriptis, sed etiā in omnibus antiquorum libris obseruo, ut non temerè

Sexto epi
demi 2.

„ merè quæ quisq̃ ipsorum dixerit, probem : sed
 „ experientia, ac ratione verumnè, an falsum
 „ sit, quod scripserunt examino, seruos vero, ac
 libertinos vocat, qui se alicui scriptori ita adi-
 xerunt, ut inconsideratè, ac temerè credant,
 quæ quisq̃ illorum tradidit. Veritatem igitur
 omnibus anteferre is debet, qui aliquã rem tra-
 ctandam sibi proponit, & ut omnia faciliè con-
 sequi valeat, methodũ quandã habeat in qua
 se exerceat, ut certa quadam via, arte, & ra-
 tione doceat, inueniat, & scribat.

Tex. Moribus generosis.

HÆc verba in quibusdã exemplaribus nõ
 inueniuntur, omittit ea Cornarius, ad-
 mittit Caluus: fortasse quod in græco suo codice
 reperirentur: illa tamen nõ omittenda esse exi-
 stimaui, tum quod doctrinæ Hippocratis sint
 consentanea, tum etiã quod sine illa generosus
 medicus non esset, quẽ maximè hic describere
 intendit. tertium igitur, quod in medico expo-
 stulat, sunt generosi mores, qui vel ad virtutẽ
 attinent, vel ad totã medici formã, de quibus
 omnibus dicemus, ac indicabimus, quæ in se
 medicus habere debeat, ut generosis moribus
 prædi-

praditus esse dicatur: & quod ad virtutes at-
tinet illud primū medicus in mentē habere de-
bet, ut arte non abutatur, esset .n. ille non me-
dicus, sed carnifex, veneficus, & fera bellua,
qui in aliud artē transferret, quā est inuenta:
inuēta autem est medicina ad hominū salutē,
non perniciem, auaritia tamen, & libido plu-
rimis occasionē fortasse praeiuit id sceleris obeū
di, propterea medicū Galenus admonet, ut so-
brius, pecuniāq; cōtemptor sit, neq; enim fieri
potest (inquit) ut qui diuitias contemnit, &
sobrietatem suscipit aliquod absurdum cōmit-
tat: quidquid .n. facinoris audent patrare ho-
mines, aut auaritia persuasus, aut voluptatis
fallacia patrant: quam rē respiciēs Hippocra-
tes iureiurando primū discipulos adstringere
prius erat solitus eos medicina sincerē & ad ho-
minū salutem, tantū esse vsuros, nemini non
modo venenum propinatuos, sed nec ad rē il-
lam consilium daturus, nec aliquorum preces,
pecuniamve tanti facerent, ut pessum ad foetū
in mulieri grauida perdendum darent, aliud
ve quidpiam molirentur, quod in agrorum iu-
uamentum non esset: iustus praeterea sit oport-
et medicus ad omnē conseruationē: iustitia ,,
enim

Prim. me
thodi.

In iura-
mento .

Hippo. de
decenti
ornatu.

„ enim multum auxiliari videbitur: non .n. exi
 „ gua comerca agris cum medico sunt: nã seip-
 „ sos medicis subditos faciunt, & omni hora mu-
 „ lieres, virgines: & maximi pretij opes illi oc-
 „ currunt: continenter igitur ad omnia hac se ha-
 „ bere oportet: liberalis deinde sit medicus oportet,
 „ nec .n. de mercede tam sollicitus sit, quã de
 „ hominum salute, sic ut quandoq; gratis curet,
 „ ita ut potius in gratitudinis accuset agrũ, quã
 „ ager, illum auaritia, & si occasio ferenda opis
 „ se obtulerit peregrino et egeno maximè talibus
 „ opituletur: si enim fuerit erga homines amor,
 „ aderit etiam erga artem: bonus enim medicus
 „ per fouem fide magis quam duritia medetur,
 „ res enim laudabilis sanè est homines curare sa-
 „ nitatis gratia: ita ut egrotantes gloriètur seip-
 „ sus medici liberali præstata opera sanitati fuis-
 „ se restitutos: & ut in uniuersum dicam, medi-
 „ ci graues esse debent, solertes, affabiles ad sui
 „ similes, temperati ad omnes seditiones, ad ta-
 „ cendum animo obfirmati, continentes ad tem-
 „ pus appositi, ad occasionè arripiendam accom-
 „ modati, ad victũ frugales, patientes ad tẽporis
 „ expectationem, ad sermones expediti, omnia
 „ demõstratione profitentes, suauiloquentes, gra-

Hippo.lib.
de præcep-
tionibus

Hippo.de
decẽti or-
natu.

M tijs

tijſ affecti, hac ad generoſos mores omnia ſpe-
ctant, ad quos etiã illa reduci poſſunt, qua ad
medici formã attinent: qua hominũ & agro-
rum captet de ſeipſo exiſtimationẽ: quorũ ſum-
 Hippo. de 11
 medico. ſpectat illud ut videat medicus quo bono colo-
 re, & bona corporis habituſine ſit præditus iux-
 ta exiſtentẽ in ipſo naturã: vulgus enim exi-
 ſtimat eos qui non ſic bene diſpoſitũ corpus ha-
 bent: nec alijs bene proſpicere poſſe: unde illud,
 Medice cura te ipſum, vel etiã opinionem ca-
 ptet apud vulgum veſtitu decoro unguentis o-
 doratis non ſuſpectum odorẽ habentibus, ſigu-
 rã faciei habeat meditabundam, ac ſubtriſtẽ,
 non tamen amarulente, cõtumax enim eſſe vi-
 debitur, & homines odio habens: qui verò in-
 riſum exolutus eſt, ac nimium hilaris oneroſus
 iudicabitur: & ſi quando ad captandam homi-
 nũ opinionem diſputatio de rebus medicis ſe of-
 ferat: non tamen id valde glorioſè faciat non
 cum teſtimonio, ac oſtentatione: impotentiã. n.
 induſtriã laboris oſtendet: quo verò de ſe exiſti-
 mationem apud egrotos pariat meminiffe oportet:
 cum ad egrotantẽ ingreditur habituſine ſub-
 miſſi, amiectus compoſiti, authoritatis breui lo-
 quentia, ut nihil cum perturbatione faciat aſ-
 ſeſus,

In præcep-
tionibus

Libro de
decẽti or-
natu Hip.

„ *ſeſus, diligentia reſponſionis ad ea qua occurrunt, & ad tumultos ob orientes compeſcendos*
 „ *constantia apud ſeipſum increpationis ad turbas caſtigandas, proptitudinis ad miniſteria,*
 „ *& omnia hac facere oportet placidè, expeditè*
 „ *cũ miniſterio ita ut plura egroto occultet, hilari,*
 „ *ac ſereno vultu ipſum conſoletur, quo eum à ſuis cupiditatibus auertat, ſimul cum amaritudine & contraria iſtantiã increpando, ſimulq̃*
 „ *cum cõmonefactione, ac dexteritate ſuſcipiendo, ac conſolando: gratificationes etiã qua non*
 „ *magnopere ledunt, & facilè corrigi poſſunt egrotantibus non ſunt deneganda, veluti eſt purè*
 „ *preparare cibos, frigidã concedere: ubi hoc opus eſt tonſuræ, capillorum, & unguium odores: qua omnia ad captandam benevolentiam, ac opinionem conducunt, atq̃ his omnibus inſtructus cum fuerit medicus moribus generoſis præditus dici poteſt.*

Sexto epi
dē. Hipp.

Tex. Loco ſtudijs apto.

S*f quis doctrinam eã, quam adeò neceſſariã in medico poſuimus paruo negotio aſſequi maximè eſt cupidus ille, inquit Hippocrates lo cum eligat oportet ad medicinae ſtadium aptiſſimum*

M 2 ſimum

*simum, talis quippe fuerit ille in quo omniũ fa-
 cultatum peritissimi homines reperiuntur, qui
 ab omni alia cura semoti animũ ad doctrinam
 solum applicent: sit praterea locus is ab omni
 occasione semotus quæ liberũ animum à natu-
 rali cõtẽplatione auocare possit: sic antiqui loca
 quædam statuebant, quasi cœnobia in quibus
 doctorum virorũ copia omniũq; virtutũ exem-
 plo iuuenes instruendos curabant: nec .n. fieri
 potest ut si animus diuersis affectibus teneatur
 aliquid unquam emolumenti in doctrinis effi-
 ciat: si enim vel ira, vel spe, vel metu, aut tri-
 stitia gaudio, vel amore, aut alia quapiã affe-
 ctione, & perturbatione laboret, eo intentus,
 ac distractus ad contẽplationem reditur inep-
 tissimus: quam rem hisce nostris tẽporibus con-
 siderãtes illi quibus hæc præclara cura fuit, ut
 iuuentutem in omni disciplinarũ genere insti-
 tuendã curarent loca quædam non admodũ fre-
 quentia destinarunt, in quibus doctissimis qui-
 busq; viris acersitis ut unusquisq; ad illam fa-
 cultatem quã maximè velet instrueretur: in-
 ter quæ præclarum hoc nostrum Pisanũ Gym-
 nasium tanquã fulgentissimũ lumen omnis do-
 ctrina, radia per uniuersum orbem diffundit
 quò*

quò profecto, nullum vel præstantissimorum virorum frequentia magis refertum, vel legibus magis temperatũ, vel ad discendũ aptius, vel omni fere nationi, quæ nostris literis oblectetur ad cõmeatum accomodatius in tota Europa reperiri potest: id totum post Deũ Optimum Maximum debemus omnes literarum studiosi Cosmo illi Mediceo Maximo immortalis memorie Principi felicissimoq; Ætruriæ Magno Duci, qui veluti nil intentatum reliquit, in quo aliquid splendoris, virtutis, aut dignitatis elucescere poterat, ita primus Academiã hanc iniuria tẽporum deuastatã instauravit, maximaq; diligentia exiccatis padulosis locis hunc aerem saluberrimũ reddi curavit, ac omnium pulcherrimo Gymnasio extructo, incredibili benignitate, summa liberalitate, maximis præmijs omnes ad illud traduxit quos in omni sciẽtiarũ genere præstantissimos agnouit, quod patris egregium consiliũ Franciscus Medicus Magnus Ætruriæ Dux potentissimus adeo usq; est prosequutus: ut hac ipsa de re cum genitore optimo certare videatur, veluti in ceteris omnibus, quæ Magnus ille Cosmus omnis sapientiæ, virtutis, & splendoris quasi viua exem-

exēpla cunctis sequenda Principibus reliquit, cuius sanè opera adeò floret hæc Pisana Academia, ut locū eum quem in medico ad studia aptissimum Hippocrates desiderat, vel sola, vel maximè obtineat.

Tex. Institutione à puero.

Locum studijs aptum ad doctrinam medico dixit esse necessariū in quo cōmodissimè artem perdiscat: sed addit modo institutionem à puero esse comparandā: nam si hæc tempore opportuno non inciperet: inanis postea fieret omnis labor. Institutio autem vel pertinet ad mores, vel ad disciplinas, utraq; à puero fieri debet: quod ut melius intelligatur, scire oportet, septem esse hominis ætates: infantiam quæ ad septimū annum extenditur: pueritiam quæ ad decimū quartum: adolescentiã quæ ad vigesimum primū: iuventutē quæ ad trigesimū quintum: cōsistentiam ad quadragesimū secundū: senectutem ad sexagesimū: decrepitem usq; ad finem vitæ. Debet autem fieri institutio à septimo anno: nam ab eo termino incipit pueritia. Et quantū ad mores spectat, quia veluti vas quo semel imbutū est semper seruabit odorem,

*rēm, ita pueri at as illa tenera illos seruabit mo-
res in quibus ab eo tēpore est enutrita: propte-
rea inquit Salomon, adolescens iusta naturam
suā & cum senuerit non recedet ab illa, proin- In prouer
bijs.
de dum est tēpus, ad virtutem verberibus in-
flāmandi sunt: quoniam ut idē ait, qui parcit Ibidem.
virga, filij animā odit, qui verò percutit, ani-
mam illius lucratur: institui quoq; debet eo tē-
pore in lectione, & scriptura, inde ad Grāma-
ticam, Rhetoricam, ac Mathematicam usq;
ad vigesimū annum, postea ad Logicā, & Phi-
sicā se conferat quibus omnibus instructus me-
dicinam aggrediatur: nam si ad illam accesserit
omnibus predictis imbutus dubio procul bo-
nus ac perfectus Medicus euadet.*

Tex. Industria.

HÆc pars in medico adeò est necessaria,
ut quamuis reliqua omnia habeat ad il-
lam perfectionem peruenire non possit, quam in
ipso maximè desiderat Hippocrates: est autē
industria, quadā prudentia, cautio, ac diligen-
tia, seu solertia per quā medicus ita omnia sibi
comparat ut suum officiū exactè præstet, & à
nemine calumniari possit. Erit igitur ille me-
dicus

Hippo. de
dccc̄i or-
natu.

*dicus industrius, & impiger, qui firma memo-
ria medicamenta tenebit, ac simplices faculta-
tes & descriptas si modo tales extarint & qui
in memoria habebit morborum curationes, &
horũ modos, quòtupliciter & quomodo in singu-
lis sint. Hoc .n. principium est in medicina &
medium, & finis: preparata quoq̄ habebit om-
nia Malagmatũ genera ad singulos vsus: &
potiones quæ incidere possunt descriptione pa-
ratas iusta genera: in promptu quoq̄ habebit
ea quæ ad medicationem pertinent ad purga-
tiones sumpta de locis congruis, & parata eo
quo conuenit modo iuxta genera & magnitu-
dines ad uetustatem ferendam seruata: recen-
tia uerò iuxta temporis occasionẽ & alia iux-
ta rationem. His .n. ita preparatis hoc cõmo-
dum habebit medicus, quod ubi ad agrum in-
greditur animo incertus non erit, cũ apposita
habeat singula ad id quod faciendũ est: tunc
enim cognitum habebit antequam ad agrotum
ueniat quid facere oporteat: pleraq̄ enim non
ratiocinatione sed auxilio opus habent, quia oc-
casiones in medicina variæ sunt & multæ quæ
admodum etiã morbi & affectiones & horum
curationes: maximè uerò repētine sunt in ijs,
quibus*

Hippo. 1.
de morb.

„ quibus animo defectis opitulari oportet: et qui
 „ neque urinam, neque stercus egerere possunt, et qui
 „ suffocantur: et si mulierem parientem, aut sau-
 „ ciatam liberare oporteret: haec quidem occasiones
 „ repentinae sunt et paulo posterius non sufficiunt,
 „ plerumque .n. paulo posterius pereunt: propterea
 „ medicus si fuerit industrius, et omnia per illam
 „ methodum superius dictam parata habeat, ante-
 „ quam homo animam efflet, opitulabitur. Turpe
 „ .n. valde est in tali casu medicum herere, et
 „ auxiliandi occasionem praeterire: industrius iti-
 „ dem erit ille medicus, qui ubi ad curationem acce-
 „ dit morborum naturam rimatus: illos tantum
 „ curabit, qui sanari possunt incurabiles non at-
 „ tinget: omnes .n. affectiones sanare impossi-
 „ le est: quidam .n. moriuntur, statim, antequam
 „ medicum vocent, alij accito statim deficiunt:
 „ quidam paulo posterius, at industrius medicus mo-
 „ rituros ac salvandos dignoscens culpa vacabit,
 „ et si manus auxiliares adhibet morbis despe-
 „ ratis cum protestu id facit, atque ita ad morbos re-
 „ media comparat, ut ad extremos morbos extre-
 „ ma adhibeat remedia: ad mediocres, medio-
 „ cria: ad leues, leuissima. Industrius ille quoque
 „ erit medicus, qui prudentiam adhibet, ac de-
 „ xteritate, ubi morbum non cognoscit: nam si id

Pri. prog.
 Hipp.

N quan-

Hippo. de
locis in
homine. *quandoq; contingat: medicamentũ præbet non
forte, si itaq; leuior inde fiat demonstrata via
est, quod gracilitatem inducendo curandus sit:
si verò non leuior reddatur, sed peius habeat cõ
traria facienda dicit, & si non profuerit graci
lem facere, tumidũ facere intendit, ac frequen
ter id permutat: et hoc consiliũ facit, ut si quid
in morbis permutaturus est forti quidem egro
to, debili autem morbo, tunc quidẽ fortiori quã
morbus est medicamento utitur, nam etiam si
quid de sano abducat una cũ debili, ac egroto
nullum detrimentũ sequetur, si verò morbum
fortiorem: egrotũ autem debile inuenerit debi
lioribus pharmacis curat quæ quidem ipsum
morbũ superent, & abducant: egrotũ verò ni
hilo debiliore reddant. Utitur quoq; industria
medicus, dum morbũ non cognoscit alterũ ac
cersiri iubens: nec .n. in decore ille se geret me
dicus, qui in rei presentis angustia circa agrũ
aliquẽ & imperitia tenebras offundente alios
quoq; accersere iusserit quo ex cõmuni conside
ratione res circa agrum inquirantur ac cogno
santur & illi cooperatores fiant ad auxily fe
rendi facultatẽ: nam in afflictionis assiduita
te, augete affectione ob consilij inopiam plu
rima ad rẽ presentem effugiunt: sed industrius
medi-*

Hipp. lib.
de præce
ptionibus

medicus maximè obseruat si quando in consilio pro auxilio ferendo cum altero conuenit, ut nunquã affirmando, aut mutuis inter se conuictijs certando id faciat: hoc .n. iureiurando affirmare possum, inquit Hippocrates, quod me Ibidem.

dici rationinatio nunquã alteri inuidere poterit: imbecillis .n. hoc modo apparuerit: sed hæc magis expeditè faciunt hi, qui circa forēs iā negotia ac quæstus versantur, quamquã nec falso hoc cognitũ fertur quod in omni copia inopia inest . industrius itaq; medicus solam veritatẽ, & ægri salutem. dum ad consilium accersitur querere debet non ostentationẽ, sed vocare socium medicũ, non solum ubi morbus non cognoscitur solet industrius medicus, verum in alijs quampluribus casibus: ut quando sanandi vnicũ est remedium solũ, sed illud vitæ periculũ minatur: ut in ijs contingit, qui magnũ in vesica lapidẽ habent, ac ita affliguntur, ut sectio sit necessaria: item si æger princeps est, aut vnicus filius hæres, vel si consanguinei illius ægri truculenti homines sint, & ipse æger iracũdus. in omnibus his casibus, licet sociũ aduocare medicum ne si quid mali contingat id in medicũ reijciatur. Industrius itidem medicus humani corporis inconstantiã cognoscens ingressu fre

Hippo. de
 deccetior-
 natu.

N 2 quen-

quenti ad egrotantē utitur, visitat diligentius „
ijs qua per errorē contingere possent occurrens, „
ut mutantur, quo etiā facilius cognoscat, & ex „
peditior fiat: instabilia. n. sunt qua in humidis „
consistunt: quapropter etiā facile & à natura „
& à fortuna mutatur: neglecta. n. ea, qua circa „
occasionē tēporis administrare oportebat impe „
tu suo progressa occupant, ac perimūt, nec inde „
postea reperitur, quod opē ferat. Industrius itē „
medicus egrotorū quoq; peccata considerat, per „
qua multi saepe mentiti sunt in assumendis ijs „
qua ingerenda exhibentur, postquā exosas po „
tionēs non accipientes, aut pharmacis datis, „
aut alia curatione adhibita perēpti sunt, cuius „
facti culpa non ad ipsos egrotos, sed ad medicū „
refertur: obseruat quoq; ea peccata, qua in vi- „
ctu cōmittunt egri: necesse. n. esse dicit eos qui „
uberiori potu vsi sunt magis difficulter spirare „
et plus urinae eycere: qui verò sorbitionē, & „
cibum auxerunt magis sitire & febrire, si ve- „
rò utrisq; & potu, & cibo immodicè vsi fue- „
rint ad hoc quod feбриunt, et difficulter spirāt; „
ventrem etiā circumtentum & maiorem habe- „
re: per hanc etiā industriā illorum malitiā de- „
teget medicus, qui vel ut ipsos illuderent, aut „
ob aliā quāuis causam se egrotare fingunt: per „
hanc

Hippo I.
 prædictio
 num.

„ hanc industriã quid fututũ sit in morbis præ- Hippo. 1.
 „ noscit, præsentia, præterita, & futura consi- prognost.
 „ derans: per quæ fidem facit quod agrotorũ res
 „ magis cognoscit: audet .n. tunc ipsi medico se
 „ cõmittere, illiq; obedientiã præstant: propterea Hippo.de
 „ industrius medicus agrotũ iubet mente non tur præceptio
 „ bari, quod ad salutis tempus perveniat, ne ob nibus.
 „ dolorificam affectionem desperati se ipsos vita
 „ exuant: non tamen sic, ut quidpiã præsentĩũ,
 „ aut futurorũ ipsis indicet: pleriq; enim ob hanc Hippo.de
 „ causam in utramlibet partẽ compulsi sunt re- decetõ or-
 „ latã videlicet prædictiõẽ præsentium aut futu natu.
 „ rorum. Industrius itidem medicus cognoscens
 „ quantũ referat ad curationẽ astantes habere
 „ ritẽ comparatos, eos seliget solũ, qui periti sint. Hip. ibid.
 „ in arte, ut instent agrum ne præceptis amaru-
 „ lente utatur, & quod mandatũ faciãt, & quæ
 „ utilia sunt addant aut securè offerant, imperi-
 „ tis autem nihil unquã procurandum cõmittit:
 „ ne eius quod mali fecerint vituperium in seip-
 „ sum recidat: per hanc etiam industriam, ubi Hipp. lib.
 „ pharmaca purgantia exhibet sollicitus est: nã de medi-
 „ cum pharmaca alicui dare volet siue deorsum camentis
 „ siue sursum purgans: interrogat agrũ an bibe- purganti-
 „ rit prius medicamentũ, an alius ex deorsum bus.
 „ purgãtib; facilis sit, aut celeriter obediat, aut
 „ dura,

dura, & si citã, ac facilem soluta dixerit mol- „
lioribus & paucioribus medicamentis utitur: „
si verò dura fuerit, fortioribus: idẽ in sursum „
purgantibus obseruat: quod si nunquam neq̃ „
sursum, neq̃ deorsum se purgatũ esse dixerit, „
neq̃ medicamentum uiuisse considerat: an ad „
ea quæ in corpus, dum sanus erat ingessit aliud „
deorsum solutu facilis fuerit: aut sursum ver- „
sus apposita ad vomitionẽ, & an ad repletionẽ „
aliquam, alui profluium ipsi successerit: hæc „
enim omnia interrogat, ut rectẽ consulat quid „
sibi faciendũ est, non ignorans quod eodem me- „
dicamento purgante aliquando purgatur ho- „
mo, & non purgatur: quandoq̃ verò alia pur- „
gat, quæ non purgare solet: aliquando nimium „
purgat: aliquando verò ea quæ debet facit, pro „
pterea industria maximè in hac re utitur me- „
dicus: ne aut medicamento purgante dato ho- „
minem cum turpi calamitate occidat, aut id „
quod intendit non efficiat. Deniq̃ per hanc in- „
dustriam medicus omnia impedimenta remo- „
uet: cuncta ad artis necessaria prõpta sibi fa- „
cit, cunctaque cum prudentia speculatur, ut „
cum magna gloria rectissimè arte utatur. „

Tex.

Tex. Tempore.

Deus Optimus Maximus, cum supra omne tempus sit constitutus, nec ulla successiva progressio in eo considerari possit: undique sibi presens solus est vult, et agit in uno eodemque momento, at homo cum in tempore est, et vivat, nil operari potest nisi secundum temporis successionem: tempus propterea velut ad quavis eius actionem, ita ad medicinam requiritur: eoque longius quo ars medica omnium aliarum artium sit longissima: idque usque adeo ut tota vita eius respectu veluti brevis esse censeatur: longitudinis autem ratio, tum ex multiplici rerum cognitione, tum ex longa, ac necessaria exercitatione desumitur: nam ut inquit Galenus, si per unum signum, vel plura etiam firmiter de omni morbo coniecturam facere possimus: non utique Hippocrates artem longam statuisset, quasi velit ob longam experientiam, et multarum rerum considerationem artem longam evadere, id ipsum Hippocrates optime explicavit: dum ait medicinam cito addiscere est impossibile: propterea quod impossibile est, statim ac certam doctrinam in ipsa fieri, veluti verbi gratia, quis scribere didicit iuxta unum modum quem omnes docent,

Libr. I. de
crisibus.De locis
in homi.

*docent, nouit (semper enim sibi constant alie
 artes cum non mutantur ab occasionibus) me-
 dicina uerò nunc & paulo post non idem facit,
 & ad idem contraria facit: nã aluum subdu-
 centia non semper hoc faciunt, & aluum sub-
 ducentia utrumq; faciunt: quinimo & mor-
 bus per contraria tollitur: tollitur etiã & per
 similia: propter hãc igitur instantiã multiplex
 varia, ac longissima requiritur exercitatio,
 multiplex deniq; ac longũ studium, quibus tan-
 ta uarietas dignosci possit: propterea temporis
 longitudo artem prauiam, ac facilem reddit.
 Tempus igitur ad medicinam recte assequen-
 dam est necessarium, atq; illud longum omni-
 no esse debet: quam rem considerans Galenus
 in Thessalim his uerbis inuehitur, quòd face-
 re Romæ erat solitus imperitissimus Thessa-
 lus, eò etiam temeritatis progressus, ut sex tã-
 tum mensium curriculo traditurum se totam
 artem medicam profiteretur citra ullam alia-
 rum disciplinarum constitutionem. Quam-
 obrem ipsius facilitate alecti sutores, texores,
 fabriq; seruilibus opificijs relictis cateruatim
 hodie sese ad artem sacratissimam conferunt
 in perniciem humani generis.*

Hipp. de
deceti or-
natu.

1. Meth.

Tex.

Tex. Primum quidem igitur omnium natura opus est.
 Natura enim repugnante, irrita omnia fiunt: si verò
 natura ad optima viam demonstrat, artis doctrina fa-
 cilè contingit.

Proposuit superius conditiones omnes eius
 legis quam à medico servandã conscripsit,
 naturã scilicet doctrinam, mores generosos, lo-
 cū studijs aptū institutionē à puero, industriã,
 & tempus: nunc singulas partes explicare ag-
 greditur, ac primū de nature necessitate agit,
 probatq; illam esse fundamentum præcipuum,
 ablata enim natura illa, seu naturali illa poten-
 tia, quæ ad omnia facilem viã parat omnia ir-
 rita, ac coacta fiunt: eam .n. proportionem ad
 medicinam habet illa natura, quã habere so-
 let materia proxima ad formam quampiam
 suscipiendam, quemadmodū .n. in tali mate-
 ria facillimè, & nullo negotio forma introduci-
 tur: ita hæc naturalis potentia in homine se ha-
 bens medicine formam aptissimè recipit, &
 quemadmodū ita se habent materia, & forma
 ut alterum alteri auxilietur ad perfectum ef-
 formandū compositum: ita natura medici, &
 doctrina se simul adiuuant ad perfectum medi-
 cum producendum. Quemadmodum .n. ex
 forma & materia optimè dispositis res ipsa na-
 scitur

scitur absolutissima, ita ex hac potentia naturali, & doctrina medicus cōponitur vndequeque præcellens: sed si materia fuerit male disposita in naturali cōpositione monstra nascuntur: ita si inepta fuerit hominis natura ad medicinam, monstruosus nascitur medicus, quorū non parua copia reperitur: quippe qui ad arandum, quam ad medendum sint aptiores.

Tex. Quam sanè cum prudētia sibi comparare oportet, ita vt a puero institutio accedat, atque id in loco à natura ad disciplinam apto.

Doctrinam necessariam ultra naturā esse dixit, quā maximè sibi comparare debet medicus: propterea si prudens fuerit, omnia illa perquiret, quæ faciliè, ac perfectam doctrinā parare possunt: hoc .n. officium prudentis est, vt proposito fine, media ad finē consequendū aptissima inueniat, inter quæ institutio à puero, & locus studijs aptus primū locū obtinent.

Tex. Amplius autem & industriā adhibere oportet, eāq; ad multum omnino tempus, quo disciplina ipsa insita, feliciter, & cum profectu fructus suos producat.

Non satis esse diximus ei, qui ad summum medicina fastigiū peruenire cupit, si doctrinā cum natura coniunxerit, nisi postea industriam adhibeat: eamq; ad multum omnino tempus,

*tempus, tunc .n. fructus ars dignissimos produ-
cet. Simenda autem est huius rei similitudo
ab agricola: hic .n. dum plantã pullulantem ex
primo iniecto semine in terra, spectat, non con-
tentus ea diligentia quam circa planta genera-
tionẽ adhibuit, rursus industriè laborat: tum
auxiliando, tum extrinseca impedimenta re-
mouendo, ut planta fructus suos producat: idq̄
per omne illud tempus, quod ad fructus produ-
cendos requiritur: sic medico satis non est labo-
rasse multũ: ut medicam doctrinam sibi cõpa-
raret: nisi postea industria uteretur per quam
omnia promptè, expeditè, ac securissimè medi-
cine opera efficiat.*

Tex. Qualis enim eorum quę terra producit considera-
tio est, eiusmodi etiã disciplinę medicinę per omnia
similiter existit: natura enim nostra velut eger est.

Eorum similitudine, quę in agricultura re-
periuntur Hippocrates omnia quę in medi-
co necessaria posuit, declarat. Agricultura
enim terra, seminibus, seminãdi opportuno tẽ-
pore, aere ambiendi, cultura, & tempore conti-
netur: ita medicina, natura, doctrina, loco stu-
dijs apto, institutione à puero, industria, & tẽ-
pore definitur, sic ut singula singulis correspon-
deant per quam aptissimè. Rectissimè autem

O 2 Hip.

Hippocrates medicinam, ad agriculturam cōparat: conueniunt. n. primo in operatione, quæ est ad finē, in qua etiam cum nauigandi peritia, et militia conuenit, ea namq̄, ratione, quæ agricultura sanis alimenta, militia militibus victoriam, ars nauigandi nautis portum, ea etiam ratione medicina agrotis sanitatem promittit. Habent. n. istæ artes operationum suarū principia nō solum in artificibus, sed etiam in alijs quibusdam rebus, ac maxime in fortuna: unde non mirum est si agricola non semper colligit: nauta nauigat: miles victoriam assequitur: & medicus sanitatem. Age igitur & singula explicemus, quæ in medicina sunt, dū ad agriculturam referuntur: primum igitur, quod agricola est necessariū terra est, seu ager in quo operatur, ad cuius similitudinem est natura illa, quam in medico adeo necessariam posuimus: terra. n. veluti omne seminarium esse videtur omnium eorum quæ ex mixtione gignuntur, ac præcipuè plantarum: sic natura illa veluti materia quadam est, & omne seminarium omnium cognitionū, quod omnes rerū formas in se suscipiat, & ex susceptis alias producat, quasi terra folia, flores, fructus, omnis generis procreans, & quemadmodum terra si
opti-

optimis qualitatibus fuerit prædita facili negotio omnia producit, præua verò ut arenosa, paulosa, saxosa, arida: sterilis prorsus redditur, ac ad producendum inepta: ita natura illa si in medicopotens fuerit cuncta producet, quæ ad medicinam attinent: eaq; per quam facile, at si imbecillis ineptaq; existat, vel nullo modo, vel imperfectè: & cum magno labore, quidque effatu dignum præstabit.

Tex. Dogmata præceptorum velut semina sunt.

ARs nil aliud esse videtur, teste Quintilia
no, quam multorum præceptionũ seu dogmatũ collectio ad unum finem tendentiũ, unaquaq; enim ars sua habet theoremata, & præcepta quibus utitur ad suũ finẽ consequendũ. Est autem theoremata uniuersalis propositio, quæ vel sensu, aut ratione, aut intellectu cognoscitur. Debet autem omne theorema in primis verum esse: secundò utile: tertio iactis fundamentis consentiens, quas omnes conditiones dogmata præceptorũ habere debent, quæ veluti semina se habent ad illam naturã: quatenus .n. in cõprehensionem cadit omne theorema, eatenus verum sit oportet: falsi namq; comprehensio nulla est, quatenus verò ad finẽ aliquem vi

Gale. in
trafibulo

t & com-

*ta commodū pertinet: eò utile esse, est affirmā-
dum, & quemadmodum sub uno Principe sub-
ditorū multitudo mente concipitur, sic & theo-
rema ipsum ad antea actum principiū refertur:
est autem idem, præceptio, regula, theoremata, et
dogma, licet ratione destinguantur, & sunt ve-
luti semina, quæ agricola ad producendas plā-
tas in terram immittit, dū à præceptoribus in
discipulorum naturā transeunt, & in his theo-
rematibus, ac propositionibus omnis doctrina
medica continetur, quam doctrinam cum na-
tura esse coniungendam superius diximus.*

Tex. Institutioni à puero cum eo conuenit, quod oppor-
tuno tempore semina in aruum cadere oportet.

S*f quis semina ad producendū in agrū mit-
tere velit, tempus quodā opportunū, inue-
niat est necessarium, quod ad illam operam ef-
ficiendam, sit aptum: nisi .n. tēporis arripiat
occasionem, vana prorsus omnis eius cura red-
deretur, sic & qui medicus futurus est, neces-
se est ut instituaturs à puero, ne extra temporis
occasionem ad medicinam accedens eam conse-
qui minime possit. Valde enim alienum est,
inquit Hippocrates, ut quispiam iam natus
grandis addiscat.*

Libro de
decēti or-
natu.

Tex.

Tex. Locus autem in quo disciplina contingit, est veluti ambiens aer, a quo et terra nascentibus nutrimentum accedit.

Comparat Hippocrates aerem ambientem loco studij apto: parat. n. non secus nutrimentum animo locus studij aptus, ac aer ambiens, plantis quæ in terra nascuntur: sed explicandū est, quomodo ex aere ambientis nutrimentū suppeditetur plantis, in cuius gratiā scire oportet, duplex alimentum plantis suppeditari: alterum quippe à terra ipsa: alterum verò ab aere ambientis, quomodo autem id desumant planta à terra, omnēq; generationis modū ita declaravit Hippocrates: *¶ .n. semen* Libro de
nat. pueri
 » *ubi deiectū fuerit in terram, humiditate qua-*
 » *dā ab ipsa impletur. Habet autem in se terra*
 » *omnigenum humorē, ut nascentia nutrire possit: impletū autem semen humore, inflatur, ¶*
 » *intumescit, ¶ vis quæ in semine leuissima est*
 » *ab humore condensari cogitur: condensata autem à spiritu vis, ¶ humore folia producente*
 » *semen rumpit, ¶ primū folia foras emergunt:*
 » *ubi verò emerferint, cū non amplius ab humore in semine existente folia nutriri possint, rū-*
 » *pitur inferne semen, itemq; folia, ¶ semen in*
 » *folijs coactum vim suam ad inferna demittit,*

quæ

*qua videlicet in ipso restat propter gravitatē, 33
 & fiunt radices ex folijs distentæ. Postquam 33
 autem planta iã firmiter radices inferne ege- 33
 rit, & alimentum à terra sumit: Hac illa est
 recondita Hippocratis philosophia iuxta plan-
 tarũ ortum, in qua patet, quomodo à terra ali-
 mentum illis suppeditetur, at quomodo ab aere
 id nascatur nunc dicendũ est: & primò alimen-
 tum est aer, planta, ea ratione qua omnia ele-
 menta illi id præstant: omne n. mixtum ex mi-
 xtis nutritur, quoniã ex illis nutrimur, ex qui-
 bus conflagmur, at cũ planta mixtum quodã sit
 ex elementis quattuor, ideo ex illis vivere de-
 bet: in terra n. omnia elementa confusa repe-
 riuntur: aqua n. in terra cauernis, & aer sem-
 per est præsens: quinimo & ignis, ut docet Hip-
 pocrates: videtur n. mihi inquit ille, id quod 33
 calidũ vocamus immortale esse, huius autẽ plu- 33
 rima pars cũ turbata essent omnia, in supernã 33
 circumferentiã secessit, & videntur mihi ip- 33
 sum veteres æthera nominasse, altera pars in- 33
 ferna appellatur terra frigidũ quid, & siccũ, 33
 & multis motionibus obnoxium, & in hac sanè 33
 multũ calidi inest, alibi quidẽ maior, alibi ve- 33
 rò minor: hac ille. Quæ sententia tum ex mon-
 tibus ignẽ euomentibus, tum ex sulphureis, &
 feruen-*

Arist. lib.
 de gener.
 & corru.

Libro de
 carnibus.

feruentibus locis abundè probatur. Est secundo aer alimentũ plãtis, quatenus ex eo fit aqua tum pluuiã, tum subterranea: à qua potissimũ cum terra illa nutriuntur, à quo etiã dicuntur viuere quatenus ex aere fit, tũ ros, tum pruina ob frigiditatẽ noctis densato: unde planta quasi cœlesti manna seruantur: sed ea etiã ratione, qua aer animalibus prabet nutrimentum dũ transpiratu suo calorem conseruat & auget, ita & planta aerem attrahit ambientem, ut calorem innatum conseruet, ventilet, & tueatur. Adde postremam maximam necessitatis causam: nam per aerem omnis virtus celestis in hæc inferiora communicatur sine qua nil generari, aut conseruari potest: ideo oportuit mundum hunc in inferiorem cum superiori contiguum fieri: ut omnis inde virtus gubernaretur: nec enim semen, solum generat plantam, sed semen, & sol, veluti homo cum sole hominem generat. Aer igitur superioris virtutis delator nutrimentũ ad hæc inferiora adducit, quo omnia imbibuntur & luxuriant nascentia, ad cuius aeris similitudinem locus studijs aptus intellectum medici nutrit, doctrinã generat, generatam auget, & ad perfectum finem perducit.

Aristo. 1.
methcor.

Idem 2.
phiscor.

P

Tex.

Tex. Industria cultura est.

Cultura dicitur illa perennis cura, quam adhibet agricola, tum ad semina opportuno tempore terra danda, tum postquam ortum semen est ad illud custodiendum, quo fructus producat exoptatos: ad cuius culturae similitudinem industria est in medico per quam doctrina comparata omnibus nititur modis, ut sanitatem quoad fieri potest, tum seruet, tum restituat.

Tex. Tempus postremum hæc omnia corroborat, ut perfecte enutriantur.

Non statim ubi nata est planta fructus red dere potest, sed cum etate quandam adeptam fuerit, atque in suo vigore constiterit: hæc enim omnium quæ nascuntur et intereunt conditio esse videtur, ut tota nascantur tempora, primum est ortus, et augmenti tempus, in quo imbecillia, et debilia conspiciuntur: alterum verò vigoris in quo omnia robur, et perfectionem suam acquirunt: tertium verò decrementi in quo virtus eorum labitur. Has tres etates plantæ habent, quæ tria earum tempora dici debent, at non in quouis tempore planta ad fructus est apta: sed in vigore, propterea tempus requiritur

tur quod plantã ipsam corroboraret, tẽpus etiam in quo flores, fructusque producat. Sic progressus in medicina tempora habet: in primo non est aptus medicus ad opera medica, sed in secundo, dum omnia artis precepta & multorum experientiam est consequutus: licet id in in medico peculiare sit, ut quo magis progreditur, eò perfectior euadat, quod in aetatibus non reperitur.

Tex. His igitur ad artem medicam allatis, & vera ipsius cognitione comparata, tandem per vrbes ob ambulãdo, non sermone tantum, sed & opere medicos haberi conuenit.

Adit nunc Hippocrates ad omnia superius enarrata peregrinationem, quæ sanè ad eò medico est necessaria, ut sine illa, vix quidem eã perfectionẽ in arte adipisci possit, quã maximè desiderat. Quod considerãtes optimi quique medicorũ varias regiones lustrarunt, diuersaq; loca maria: & terras adierũt. Paulus n. Æginetã celebris medicus rẽ hanc tanti fecit: ut uel ex eo ipso opus suũ, quod de medicina conscripsit cõmendari, et probari ab oĩbus putarit, propterea in frõte operis hæc posuit ut testi Pauli laborẽ nosce me quid plurimas (monia. Inuisit orbis terras Ægina satas.

P 2 Quasi

Libro de
decēti or-
natu.

Libro de
Medico.

Quasi ad veram medicinam assequendā peregrinatio optima sit via: Hippocrates totā ferē vitā in peregrinatione cōsumpsit, dum per uniuersam Graciā artem exercuit: unde inter cætera medicū admonet, ut ad peregrinationem omnia preparata habeat. Dioscorides artem militarem exercuit, quo per varias regiones medicamenta occultata fide prospiceret: ut ipse de se ipso loquens ad Arium, inquit, nos à iuuentute iugi desiderio materia cognoscendæ alecti per multis regionibus perlustratis (nec. n. nescis nos vitam militarem exegisse?) tuo horratu commentationem hanc fecimus. Galenus Alexandriam, Italiam, Lemnum contendit, totamq; vitā in peregrinatione ferē consumpsit: nec etiam fieri potest, ut medicus perfectè Chirurgiam assequatur, nisi peregrinatus fuerit, ut inquit Hippocrates: consequens enim est, ait, in Chirurgia vulnerum in militia acceptorum, circa extractionem telorum. Nam in urbanis conuersationibus modicus horū usus existit: rarò enim per omne tempus ciuiles, ac hostiles expeditiones fiunt: Huiusmodi autem sæpe, ac frequentissimè circa externas militias fieri solent: Qui igitur hac Chirurgia uti volet, eum militare oportet, & externos exer-

exercitus sequi, sic enim exercitatus fieri poterit ad huiusmodi usum, ac necessitatem.

Quamobrem omnibus prænarratis conditionibus medicus cum munitus fuerit, natura scilicet doctrina, moribus generosis, institutione à puero, loco studijs apto, industria, & tempore, peregrinationem adiungat: tunc enim perfectissimus euadet: nam in diuersis regionibus diuersa, variaque morborum genera visuntur, diuersæ medendi formæ, diuersa remedium genera, medici quoque varij reperiuntur: quibus omnibus ditissimus in arte euadet, ita ut non solū iam nomine, sed & opere medicus habeatur. Quis verò sit medicus opere, explicatur à Galeno ad hunc modū. Non minus autē hunc admirabuntur homines, quā Hippocrate, si operibus magnum se in arte prestabit, melius, quam reliqui faciunt: luxata scilicet emendans, & quæ luxationi parata sunt in validiorem, statum permutans, vulnera, & fracturas, & ulcera, & quæ alij curare non poterant ipse facile sanans, nec minus, quæ euentura sunt ante euentum præfatus, & quæ euenerint, ad suntuè, ita euenisse, vel adesse sine percunctatione, aut relatione coram astantibus explicet, ijs enim officijs Hippocrates omnium

De subfratio. empirica.

Libro de
const. art.

omnium posteriorum iudicia Æsculapij gloriã adeptus est : ad quã gloriam illos peruenire medicos non est dubitandum, qui legẽ hanc Hippocraticam seruauerint, atq; huius legis conditiones optimẽ comprehẽderint : verum quoniã Galenus legem eã ipse medico constituit, dum conditiones medico aecessarias exquirat, eas nunc explicare est opere prætiũ : inquit. n. septem illi necessaria esse, qui verã medicinã assequi auet, natura scilicet perspicax, educatio optima, Præceptores ingenui, labor non improbus, veritatis ardentissimus amor, optima methodus, exercitatio deniq; assidua, sed omnia hæc sub his quæ hic ponit Hippocrates comprehenduntur : naturam posuit Hippocrates, educatio optima ad institutionem: præceptores veritãq; ad doctrinam: methodus, laborq; ad industriam, exercitatio ad tempus referuntur.

Tex. Imperitia verò malus thesaurus est, & infelices opes, his, qui eam repositam habent; Et in somnium, aut potius somnium diurnum.

POSTEAquam commemorauit omnia Hippocrates quæ in medico exquiri poterant ad verã medicinam assequendam, admonet nũc eum, ut maximè laboret, quo peritissimus euadat, ne ignarus habeatur, artemq; infamet :

igno-

*ignorantia certè maximè fugienda est, quoniã
 malus est thesaurus, & opes sunt infelicissimæ
 illis qui eam repositã habent: nam ubi non est
 sapientia omnia corrumpunt. Habet .n. sapien-
 tia ut inquit Salomon à dextris longitudinem
 dierum, à sinistris diuitias & gloriam: melior
 enim est sapientia cunctis opibus, & omne desi-
 derabile ei comparari non potest. Quod si quis
 piã ignarus reperiatur, etiam si infinitis abun-
 det diuitijs, prorsus infelix iudicandus est: nã
 ut idem Salomon ait, melior est conditio pueri
 sapientis, ac pauperis, quã Regis senis & stul-
 ti. Sunt .n. diuitiæ inquit Hippocrates tan-
 quam insomniæ, dormierunt .n. diuites, & ni-
 hil in manibus suis inuenerunt: dicit autè esse
 tanquam insomniæ, quia hæc ut plurimum va-
 na sunt: dicit etiam esse non ut somniũ noctur-
 num, sed diurnũ: nam diurnus somnus confu-
 sus est, & perturbationibus plenus, innatura-
 lis, & nociuus: nocturnus è contra, naturalis,
 tranquillus, & proficiuus, quare qui in profun-
 do ignorantia versantur: etiam si Creso ditio-
 res sint, infelices prorsus sunt existimãdi: quã
 rem Galenus eleganter ita explicat. Qui igi-
 tur ex ipsius solo nutu fortuna pendentibus hone-
 stissimas artes, & disciplinas, seu uiribus toruè
 intuen-*

In prouer-
bijs. 3.

Ibidem.

Ibidem.

In oratio-
ne sua for.

intuentur, cū interim equos ipsos & canes ar- „
tiū exercitijs erudiant, famulū autem ignauū, „
nulliusq; peritū artis, nullo pratio dignū existi- „
ment, curent prater ea agros, & ceteras posse- „
siones ut quāq; sit quā optimè exculta solos se ip- „
sos negligunt, abdicantq; ab omni liberali insti- „
tuto, nec hoc quidem intelligentes animā ha- „
beant nec ne: an non ij quamuis (reso ditiores „
sint abiectissimi existunt, contemptissimiq; fa- „
mulis similes? Eiusdem farinae videntur qui „
nobilitatē sui generis venditant, atq; tantum „
sibi placentes erigunt cristas, quandoq; non vi- „
dent infelicissimi, qui generi non respondent suo „
eos magis contemni, quā obscuro loco natos: si „
quidē imperiti qui genere sunt vehementer ob- „
scuro, hoc lucri faciunt, quod pleriq; nesciant, „
quales nā illi sint, at quos decus & claritudo „
generis non sinit latere, quid aliud fructus fe- „
runt ex illa nobilitate: nisi ut eorū infelicitas „
sit illustrior: proinde si quis sapit, ad artē exer- „
cendā se conferat, per quā si nobilis fuerit, vi- „
debitur genere nō indignus, sin minus suū ipse „
genus nobilitabit, hac ille. Sed addamus nos in „
ter omnes artes, medicina est preclarissima, er- „
go illa potissimū est addiscenda, ut illa ignoran- „
tia fugiatur, quā adeo detestatur Hippocrat. „

Sed

Sed postquã quis se ad medicinã contulit, magnopere niti debet, ut artis quam peritissimus euadat, alioquin si ignarus, & imperitus medicus fuerit, infelix prorsus est iudicandus: etiamsi opibus abundet maximis: ignorantia enim, et imperitia malus thesaurus est.

Tex. Et maximè verum, alacritatis, fiducięque, ac vere exaltationis expers, timiditatisque & audacię nutritrix. Timiditas equidem impotentiam, audacia verò ignorantiam artis significat.

Non solũ in arte medica, sed in unaquaq; facultate, hoc habet proprium imperitia, ut qui ea maximè vigent, aut timidi, aut audaces, temerarij ve euadant, quia ignorantia temeritatis, & timoris est nutritrix: at contra peritia, & sapientia sicura graditur, & cum alacritate procedit ac fiducia: timiditas .n. medici, impotentiam artis demonstrat, at impotentia ex ignorantia nascitur, à qua etiam audacia proficiscitur. Accedat igitur ignarus medicus ad egrotantẽ graui morbo apprehensum, & magno: huic certè magna & generosa remedia cõueniũt, at ille timens, remediij occasione prætermittit, & agrũ occidit: aut è contra, temeritate & audacia quoduis indifferenter adhibens, quasi corpus hominis, aut lignũ, aut

Q lapis

lapis sit, hominē per temeritatē perdit: nec .n. animaduertit, quā periculosum sit experimentū. at doctus & peritus artifex opportunè, & cū fiducia operatur, nō alia certè ratione, quā facere solet fortis, si ad timidū accedat, & liberalis si ad auarum, & prodigum cōparetur.

Hipp. de
arte.

*Verus n. medicus sana mente, sanoq; corpore rem aggre-
diens presentia considerat, et de pre-
eeritis similiter iuxta presentia ratiocinatur
in tantum etiam ut palam se gloriari soleant
agri se illius opera fuisse in sanitatē restitutos:
hic dum ad egrotos accedit, iam non anceps et
dubius esse videbitur, aut temerarius, sed ad
auxiliandum promptissimus, in eam toto ani-
mo curam incumbens, ut cito, tutoque, & cum
facilitate curct: propterea beati illi agri iudi-
candi sunt, qui medico se committunt peritissi-
mo, & præcellenti. hi enim bene curati, &
sanitati restituti fortunati iudicandi sunt, nō
quod à fortuna sint sanati, sed à medico dignis-
simo curati: velut infortunati illi agri iudicā-
di qui in manibus ignari medici se cōsignant,
vnde malè curati, aut intereunt, aut difficil-
limè se à morbis explicare possunt.*

Tex.

Tex. Duo enim sunt, scientia & opinio quarum altera facit scire, altera verò ignorare.

Cum vituperaverit superius ignorantiam Hippocrates, eaq̄, propterea fugiendā esse admouerit, nunc rationē docet, qua quispiā id prestare possit, dicens duo esse, quorum alterū scire facit, alterū verò ignorare: scientia scire facit, opinio verò ignorare, quare si medicus curauerit scientiā sibi cōparare: tūc ignorantia fugiet, alioquin si ex opinione se sciens arbitretur, decipietur & ignarus remanebit. est verò scientia, cognitio certa rei necessaria per suam causam, seu habitus, qui per demonstratiōnē habetur: at opinio cognitio rei est dubia, & qua aliter se habere contingit, qua à scientia distinguitur, tū ex parte obiecti, tū cognitionis: ex obiecto quidē quoniā scientia est rei necessaria, opinio autē contingentis, quia cognitio scientifica est certa, firma, & stabilis: at opinio est dubia, & infirma. Dicit igitur Hippocra. quod per scientiā homo dicitur sciens: at per opinione ignarus: sed dices multa sunt in medicina, qua per demonstratiōnē sciri non possunt, quinimo medicus cōiectura ut plurimū utitur, tū in dignoscendis morbis, tū in eorū prognosticis,

Aristo. 1.
posterioro.

re ipsa sciunt, qui verò imperiti sunt re vera non sciunt: sed secundū opinionē vulgi tales iudicantur, cū vere ignari sint, quæ expositio magis est ad mentem Hippocr. quā ipse aperuit dū reprehendit Abderitas, qui opinabantur. Democritū insanire, cum re vera insanus non esset. Cogitans .n. ille ait, de Democrito somniū mihi oblatū habui, ex quo puto nil valde periculosi fore: conuersus .n. video mulierē pulchrā, ac magnam simpliciter ornatā, & splendidā, cuius oculorum circuli puro lumine micabant, ut stellarum fulgorē putares. Mulier verò illa apprehensum me manu lento gradu benigne ter per urbē dicebat, et ubi prope domum essemus, in qua hospitium mihi paratū esse putabā velut spectrum disparuit, hoc saltē dicens cras te apud Democritum deprehendam, cum verò iam se illa conuerteret. Rogo inquam optima fœmina quæ nam es, & quo nomine vocari debes? Veritas inquit illa: Ceterum quā accedentē vides, (& derepente mihi altera quædam apparuit) neq; ipsa mala videtur audacior aut aspectu, & concitator. Opinio inquit appellatur, & habitat apud Abderitas. Ego igitur ubi de somno surrexissē mihi ipsi somniū interpretatus sum, quod non indigeret medico

Demo-

In episto.
ad Philo-
pemen.

Democritus sed ipsa quidē veritas, quod De- „
mocritus sanus sit apud Democritum manet: „
Opinio verò quod Democritus agrotet apud „
Abderitas habitat: secundum hanc igitur ra- „
tionē, & nunc intelligendus est Hippoc. dū ait
scientiā scire facere, opinionem verò ignorare.

Tex. Cæterum res sacræ sacris hominibus demonstrantur, prophanis idfas non est, priusquam scientiæ origiis initiuntur.

Res sacra, qualis medicina est sacris hominibus demonstratur, & non prophanis. Sunt autem sacri homines, qui sobrii sunt, pecuniæ cōtemptores, ac virtute præditi. Prophanis verò voluptuosis, ac flagitiosis hominibus res sacra non manifestantur, nisi prius scientiæ origiis initiētur, seu virtutis habitu induantur. Verisimile. n. est Omnipotentem Deum, qui verus. & solus medicus est, & dici debet, pijs hominibus bonisq; mentem aperire, lumēq; intellectus illustrare, quo cuncta cognoscant, verāq; rerum notitiā assequantur, nefarijs autem, & scœlestissimis, ita intellectum obcecari, ut semper in tenebris ambulent: Concludamus ergo medicinam omniū artiū nobilissimā esse, propterea inter ceteras, maximè esse addiscendam, idq; eo animo fieri debere, ut qui se ad illam

lam

lam applicat veram ipsius notitiam consequatur, at id consequi nemo potest nisi conditiones huius legis seruauerit, quæ natura, doctrina, moribus generosis, loco studijs apto, institutione à puero, industria, tēpore, & peregrinatione definitur, quas conditiones, cū pauci admodum medici assequuti fuerint: non mirum sane est si imperitorum infinitus penè numerus reperiatur, quod non fieret, si Principes, Magistratus, aut Respublicæ sub grauibus pœnis statuerent: neminem in medicina admittendum, qui præscriptæ Hippocraticæ legis, non esset accuratissimus obseruator: et certè mirandum maximè est, si ad cõdenda numismata Principes admittunt tantum eos viros qui ingenui sunt & industrij, moribusque integerrimis præditi, cur ad conseruandam, instaurandamque salutem hominum, quæ quibusuis gemis, et margaritis longè præstantior est, non deligant quidam inculpatissima ingenia, omnibusque præditis cõditionibus prædita, atque illis solis prouinciã adeo periculosam committant? abigant autem illos à tam sacro, & heroico munere, qui ad aurigandum, vel remigandum sunt potius quam ad medendum aptiores, non sint æquè solliciti.

F I N I S.

REGISTRVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQ.

Omnia sunt integra folia.



R O M A E,

Apud Titum, & Paulum
Dianos fratres.

M. D. LXXXVI.

Corrigenda.

Pagina 114. linea 16. vt tota nascantur tempora .
lege vt tria nascantur tempora .

